215

ANASTASII GERMONII I. C. ARCHIDIAC. TAVRINEN. ET S. D. N. PAPAE V. S. REFERENDARII.

ASSERTIO LIBERTATIS Immunitatiſq. Eccleſiaſticæ,

QVA RESPONDETVR ETIAM Peregrino, Othelio, & Scayno iurium in Patauino Gymnaſio Profeſſoribus.

1872

ROMAE, Apud Heredes Aloyſij Zannetti. M. DC. VII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Sumptibus Auguſtini Arditi.

Digitized by Google

S.MO P. PAVLO V. S. R. E. SVMMO, ATQVE OPTIMO PONTIFICI.

ANASTASIVS GERMONIVS F.

ARDVAM nimis ſuſcepiſſe Prouinciam fateor:ſed lubens, vt virum decet Catholicum, Eccleſiæ Alumnum,&Tibi Pater Beatiſsime deditiſſimum, onus mihi impoſitum , etſi grauius valde,ſuſtinere tamen ſum conatus. Rem forſan altius repetijſſe dicar: cum Peregrinus, Othelius, & Scaynus, quorum reſponſa examinare, illiſq. dumtaxat reſpondere,propoſitum erat,inter ciuilis ſcientiæ cancellos ſe videantur continuiſſe. At verò cum animaduerterem alios, qui cauſam , qua de agitur, tuendam acriter, (ne dicam inaniter, turpiter,& inreligioſe) ſumpſerant; quique ſacroſancto Theologi titulo abutuntur , ſublimius negotium aggreſſos: adeo, vt non modo ſacri Ordinis exemptionem, Eccleſiæq. libertatem pro nihilo putauerint:verum in pluribus etiam profanam Sacræ politiam anteferre, ſupremamq. Chriſti Vicariatus à Deo optimo maximo traditam auctoritatem non tam imminuere, quam auſu quodam temerario deprimere enixi ſint: tum me continere haud potui, quin & illis aliqua ex parte ſatisfacerem. Quamuis enim appareat longe deterius eiuſmodi prætenſos Theologos ſcribere, quam Princeps, & Senatus Reipublicæ Venetæ ſen-

tiant: attamen ab initio telam hanc mihi exordiendam fore non temere, aut inconſulto exiſtimaui. Atque docere imprimis neceſſe habui, ſic ineſſe natura hominum mentibus Dei cultum, & venerationem; vt non tantum ij, qui veram, perfectamque ipſius Dei cognitionem tenuère, quantum aliæ gentes infidelitatis peruolutæ tenebris, vel rerum omnium procurationem, & adminiſtrationem penes vnum Summum conſiſtere Pontificem, vel ſaltim eum primas in Republica obtinere maluerint. Et vbi Sacra à profanis erant diſtincta, illis ſolos conſtat præfuiſſe Sacerdotes, ſoloſq. omnem in ea habuiſſe dignationem, ac poteſtatem. Et ne ab eiſdem interdum diſcederent, ſed perpetuo aſſiſterent, atque à profanis ſe omnino abſtinerent, pluribus ſunt immunitatum priuilegijs donati, exiſtimationeque, & Summa aucti auctoritate. Quibus iactis fundamentis, mihi longe facilius fuit rationibus, & argumentis, quæ in medium ab illis iurium Anteceſſoribus ſunt allata, reſpondere. Feci, quantum in me fuit. Faxit Deus omnipotens, vt non ſolum Tibi, Sanctiſſime Pater, hæc mea lucubratio accepta ſit, ſed Venetis quoque tantam afferat veritatis cognitionem, vt ab errore, in quem miſere lapſi ſunt, auertat, & reſipiſcentes Te veri Dei vicem in terris agentem, & Christi Vicarium, & Pontificem omnium mortalium maximum, ſicut pijſſimi eorum maiores obſecuti ſunt, agnoſcant, recognoſcant, & venerentur. Vale, & diu viue Catholicæ Eccleſiæ Princeps optime. Romæ, Anno ineunte M. D C. V I I.

ANASTASII GERMONII I. C.

Archidiaconi Taurinenſis, & S. D. N. Papæ vtriuſq. Signaturæ Referendarij.

ASSERTIO LIBERTATIS IMMVNITAtiſq. Eccleſiaſticæ, qua reſpondetur etiam Peregrino, Othelio, & Scayno, iurium in Patauino Gymnaſio profeſſoribus.

CAPVT PRIMVM.

EQuidem mirari ſatis non poſſum, quòd nobiliſſima, & florentiſſima Ciuitas nō a barbaris, aut Idolorum cultoribus, ſed ab humanis, Chriſtiq. fidelibus condita, ſanctis erudita moribus, optimis munita legibus, hodie in tantum lapſa ſit errorem, vt relictis (ne dicam contemptis) maiorum ſuorū inſtitutis, violatis promiſſis, etiā ſæpius iuris iurandi religione ſancitis, & gloriæ per tot ſecula *a* acquiſitæ, dignationiſq. immenſis ſumptibus partæ, ac ſummæ erga Deum pietatis, religioniſue, quod illi proprium eſſe videbatur, atque deuotionis oblita, ſummo Romano Pontifici, vnigeniti omnipotentis Dei filii in terris Vicario, Petri Apoſtolorum Ducis ſucceſſori, & omnium maximo vniuerſæ Chriſtianæ Reipub. Principi debitam obedientiam, & reuerentiam preſtare recuſet. Neque veriſimile eſt ampliſſimum Venetiarum ordinem tot illuſtribus patribus eximio præſtantibus ingenio frequentem nolle videri, & eſſe melioris longè conditionis, ſeu maioris pietatis, quàm ſint, quotquot ſunt, & fuere nationū populi.

a Greg. viij. lib. 2. epiſt. 39. Card. Baron. Ann. to. 8. anno 630. prop. fin. Blondus de Orig. & Geſtis Venet. & in 8. regione Sabellic. Decad. 1. lib. 1.

Nulla

Nulla enim gens etiam immanis & barbara legitur, quę non, etiam ſi ignoraret qualem Deum habere oporteret, tamen habendum ſciret. Nanque eſt id hominibus natura inditum, vt etiam ſine doctrina habeant quandam Deorũ anticipationem, hoc eſt, vt ait Cicero *a*, anteceptam animo rei quandam informationem. Quocirca, & ſi veram, perfectamq. Dei Opt. Max. cognitionem minimè habuere, putarunt tamen Deorum cultum eſſe optimum, eundemque caſtiſſimum, atque ſanctiſſimum, pleniſſimumque pietatis. Immò Plato *b*, & cum eo Marſilius Ficinius ſcribit, cultum eſſe portum, & finem nauigationis vitæ humanæ. A quo non videtur diſſentire eius diſcipulus, Ariſtoteles *c*, qui Deum eſſe vltimum finem poſuit. Quem licet ſatis intelligerent vbique exiſtere, nulloq. circunſcribi loco: nihilominus religioni, ac diuinæ maieſtati non incongruũ eſſe duxerunt, ſi in eius honorem, & cultum templa erigerentur, conſecrarenturque; & ibidem ſacerdotes conſtituerentur: qui pro populo preces effunderent, vota ſuſciperent, donaria ſuſpenderent, ſacrificia facerent. Quibus, cum nec agrorum culturæ, nec artibus in conſeruanda Repub. neceſſarijs operam nauare, nec militiæ nomen dare haud poſſent, tum rerum omnium immunitatem, conſultò impartiere *d*, omnemq. habere auctoritatem, ac poteſtatem ſenſere. §. 1.

Et ne longius vagemur, a Græcis, & Romanis, qui *e* omnibus exteris religione fuerunt longe ſuperiores, exempla petenda ſunt. Apud quos quanta fuerit Conſulum poteſtas, ſenatuſq. auctoritas, nemo eſt qui neſciat: multò tamen Pontificum, aliorum quoque ſacerdotum magnitudo, atque imperium: cùm ipſis inconſultis quidquam agere piaculum eſſe mandarunt memoriæ Cicero *f*, Liuius *g*, Tacitus *h*, Plinius *i*, Plutarchus k, Dionyſius Alicarnaſeus *l*, A. Gellius *m*, Macrobius *n*, Valerius Maximus *o*, Lampridius *p*, aliique plures tum veteres, tum recentiores; quos enumerare longum eſſet: ideò videri poterunt, quæ de his cumulatè ſcripſi in meo de ſacrorum immunitatibus tractatu à cap. 2. vſque in finem libri primi.

§. 2.

Non etenim ſolùm à ſacris, & ab aliorum communicatione, & ſocietate arcebant, in ſceleratorumq; nume-

a Lib. 1. de natu. Deorum.

b Lib. 4. de legib. & lib. de Philoſoph. vbi Ficin.

c 11. & 12. Met.

d Ariſt. lib. 2. œcon. Pluta. in Numa, & Camillo Geneſeos, cap. 47. Soz. li. 5. c. 3. Symmac. lib. 10. epiſt. 54. Cæſar. de bell. Gal. lib. 6. Tacit. lib. 4. an. arg. sũt tot. ff. de publ. & veſtig. de munera & honor. de vacat. mun. de iure immunit.

e Cic. de nat. Deorum lib. 1.

f Lib. de legib. 2. & 3. lib. de diuinat. 1. in orat. pro domo ſua.

g Lib. 1. 29. 31. 38. 39.

h Lib. 3. 8. 11. annal.

i Lib. 4. epiſ. 31. lib. 10. ep. 73.

k In Numa, Marcello, & q. Rom. 44. & vlt.

l Lib. 2.

m lib. 5. cap. 17.

n lib. 1. c. 6.

o lib. 1. c. 1.

p in vita Alex. Imper.

ro habebant, qui eorum præceptis non obtemperarent, vt apud Athenienſes ſcriptis conſignarunt Plato *q*, Ariſtophanes *r*, Euripides *ſ*, Cicero *t*, & Plutarchus *u*. Apud Gallos Cæſar *x*, apud Germanos Tacitus, *z* apud Romanos idem Marcus Tullius *a*, Horatius Flaccus *b*, Lucanus, *c* Plutarchus *d*, Arnobius *e*, aduerſus Gentes. Apud alias etiam nationes Liuius *f*, & Plinius *g* in libris naturalis hiſtoriæ, ſed etiam multos diuerſis temporibus magiſtratu ſe abdicare, dignitatem deponere, poteſtate regia conſulari abire iuſſiſſe, coegiſſeq; auctores ſunt illius ſæculi, aut paulò inferiores illius ætatis fide digniſſimi ſcriptores, vt puta Cicero *h*, Liuius *i*, Plutarchus *k*, & variarum rerum concinnator Valerius Maximus *l*. Vnde poſt multa in oratione pro domo ſua concludit Cicero, tantam Pontificum fuiſſe poteſtatem, vt omnis reipub. dignitas, omnium ciuium ſalus, vita, libertas, aræ, dij penates, bona, fortunæ, domicilia illorum ſapientiæ, fidei, poteſtatiq; commiſſa, creditaq; eſſe viderentur?

§. 3.

Hinc forſan factum eſt, vt illi priores Imperatores, & ſi potentiſſimi rerum domini, ſe verè tamen eſſe Principes non crederent, nec in Senatum, nec in Populum omnibus numeris abſolutam habere poteſtatem putarent, niſi ſummo, vt auctor eſt Dion *m* Caſſius, Pontificatu initiarentur, & ſacris omnibus inaugurarentur, & Plinius *n* nepos ad Traianum ſcribens, quia, inquit, ſciebam in Vrbe noſtra, ex huiuſmodi cauſis ad Pontificum collegium adiri ſolere, te domine, maximum Pontificem conſulendum putaui, quid obſeruare me velis.

Ex quibus conuincuntur ij, qui temerè aſſeuerant Sacerdotes in ijs, quæ ad ad Reipublicæ ſtatum ſpectant, nullum ius, nullamq; habuiſſe auctoritatem, cùm & meminiſſe debuiſſent Vlpianum *o* partiri ius omne in publicum, & priuatum, vel vt *p* interpretatus ſum, tum ex Quintiliano, & duodec. tabulis, tum ex Ariſtotele in ſacrum, publicum, & priuatum, quod idem ſentire videtur Vlpianus, quia publicum etiam in ſacris conſiſtit *q*. Eſt ergo publicum, quod ad ſtatum reipub. pertinet, quodq; vt idem notat Vlpianus *r*, in ſacris, in Sacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtit. Primas igitur iuriſconſultus tri-

 buit

q Lib. de legib. 9. propè finem, & Marſil. poſt prin. *r* in Horis *ſ* in Oreſte *t* lib. offic. 3. *u* in Alcibiad. & quæſt. Rom. 44. *x* lib. 6. de bell. Gall. *z* lib. 6. Hiſtor. ſiue de moribus Germanorum. *a* lib. 1. de diuinat. *b* Epodon Od. 5. *c* lib. 3. Pharſaliam *d*. in Craſ. *e* lib. 8. *f* lib. 27 36. & 40. *g* lib. 6. cap. 22. & lib. 28 c. 2. *h* lib. de leg. 2. *i* lib. 4. *k* in Marcello. *l* lib. 1. cap. 1. & 3.

m lib. 53. *n* lib. 10. ep. 73.

o l. 1. §. 1. ff. de inſt. & iure. *p* in Paratit. l. Decret. titul. de ſumm. Trinit. & fid. Cath. *q* Alciat. ad l. pupillus §. munus num 19. ff. de verb. ſign. *r* d. l. 1. §. publicum ff. de inſt. & iure.

buit Sacerdotibus, eoſque ciuilibus Magiſtratibus potiores, præſtantioreſq; eſſe haud obſcurè oſtendit. Quibus, & mirificè conuenit illud, quod à Mileſio apud Ariſtotelem *f* fuit conſtitutum, vt regio in tres diuideretur partes, & vna eſſet ſacra, Altera publica, tertia priuata.

§. 4.

Quod autem nonnulli autumant, parum ſubtiliter, hiſce videlicet ſtantibus, videri ſacerdotes à populo, ciuilibuſue magiſtratibus creatos, atque ideò ab eiſdem amoueri, aut de medio prorſus tolli poſſe, ſed ab illis quæro, num Senatus, populuſq; à quo Principi conſtituto ius datum eſt, *t* vt quod legibus conſtitueret, ratum eſſet, tunc, vel hodie talem à Principe legum ſciſcendarum poteſtatem auferre poſſet? Obijceretur vtiq; illa vulgata iuris regula *u*, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, & quod ab initio fuit voluntatis, ex poſt facto eſt neceſſitatis *x*. Quinimo tanta eſt ipſius Principis auctoritas, & maieſtas, vt quod ei placuit, legis habeat *y* vigorem. Nam & Dominicus *z* Sotus aſſeuerat per populum non poſſe Regem Regni iure expoliari, niſi fuiſſet in tyrannidem, vt eius verbis vtar, corruptus. Hactenus de gentibus, eorumque Dijs, atque horum cultu.

CAP. II.

Etenim ad Deum verum, & viuum, cuius prouidentia vniuerſi mundi machina admirabili architecturæ ordine conſtructa regitur *a*, adminiſtraturq. deuenire operæprecium eſt. Non enim negari poteſt, quin Deus mundum propter hominem, vt aſſerit *b* B. Auguſtinus, machinatus ſit, & ipſum hominem propter ſe, tanquam diuini templi, vt ait Lactantius *c*, antiſtitem, ſpeculatorem operum, rerumq; cæleſtium. Solus autem rationis compos, rectuſq; inter ceteras animantes corpore factus eſt, vt ad conſiderationem creatoris ſui excitatus eſſe intelligeretur, ſolus quoque donatus ſermone, & lingua cogitationum, conſiliorumq; interprete, vt ipſius omnipotentis Dei maieſtatem, atque potentiam non enarrare ſolùm, ſed mirum etiam in modum collaudare, & prædicare poſſet, ſeque Parentis, & Domini ſui cultorem eſſe cognoſce-

f Lib. Politic. 2. cap. 6.

t l. 2. §. igitur conſtituto ff. de orig. iur. C. vlt. C. de legib. & Conſt. Princip. l. 1. §. cũ enim antiqua C. de iure Emphyt.

u cap. quod ſemel de reg. iur. lib. 6.

x l. ſicut C. de act. & oblig.

y §. ſed & quod placuit de iure nat. gent. & ciu. apud Iuſtinian. & l. 1 ff. de conſt. Princip.

z lib. 4. de iuſt. & iur. q. 4. art. 1. ante fin.

a Geneſ. 1. 2. & ſeqq.

b queſt. 2. veter. & noui teſtam.

c lib. de ira Dei cap. 14.

gnoſceret. Et propterea creatus homo eſt, vt ſcribit *d* Io. Chryſoſtomus, non vt ederet, biberet, veſteque tegeretur, ſed vt Deo placeret, & bonis potiretur futuris.

d in Matth. cap. 6. Homel. 23.

§. 1.

Nihil verò magis placere Deo poteſt, quàm debitum ei honorem, & cultum præſtari. Hinc videmus primum in Decalogo locum obtinere, quæ ad ipſius cultum ſpectant. nam in libro *e* Exodi. Non habebis Deos alienos coram me. Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, &c. Qui licet vbique ſit, vt iam fuit dictum, & ſolo numine ſuo regat omnia, attamen non quibuſuis in locis, ſed in certis, & proprijs, vti decentiùs, & ſanctiùs coli maluit, in illiſque duntaxat holocauſta, hoſtiaſque offerri *f* mandauit.

Hæc autem non à profanis, ſed à ſacratis hominibus fieri præcepit, & ſic ipſius Dei iuſſu *g* conſtituti ſunt Pontifices, ſacerdotes, Leuitæ, Cantores, Ianitores, & Nathinæi. Quos omnes in viginti quatuor claſſes, ſeu turmas diuiſit *h* Dauid, quarum ſingulæ, vt teſtatur *i* Ioſephus, pluſquam quinq; millia hominum habebant. Neque inter iſtos connumerabantur Prophetæ, Scribæ, & Nazarei: quamuis enim Deo operam ſuam dicaſſent, ſacra tamen non attingebant. namque primi Dei oracula, futura ſcilicet bona, & mala prædicabant. alij Dei legem interpretabantur. vltimi corpus ſuum Deo conſacrabant. Horum mentio fit in veteri *k*, & nouo teſtamento paſſim, de quibus etiam latè Philo *l* Hebræus.

e cap. 2.
f Deu. 12. Exod. 25. & 40. num. 4. Reg. 2. cap. 7. Paralip. lib. 1. c. 21 & 23. & lib. 2. cap. 3.
g Exodo 28. & 29. & Leuit. 8.
h Paralip. lib. 1. cap. 24.
i lib. 2. con. Apionem.
K Num. 6. Iudic. 21.
l lib. de ſacrific. & de vita Moy. lib. 3.

§. 2.

Quibus vt attentiùs, & maiori, quam fieri poſſet diligentia ea, quæ eius cultum reſpiciebant curare valerent, ſolui decimas in Exodo *m*, & Leuitico *n* cauit expreſsè, & apud *o* Malachiam. Inferte, inquit, omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea. Decimis itaque Dei miniſtris, ſacrorumq; procuratoribus aſſignatis, alijſque acceſsionibus auctis, velut omnium ſacrorum primas obtinebant ij, qui Sacerdotes vocabantur, ita inter omnes ſacerdotes vnus exiſtimatione, dignitate, & poteſtate eminebat, qui etiam apud illos Pontifex dicebatur. Cuius ſanè auctoritas, & dignatio quanta eſſet, de facili cognoſci poteſt ex ijs, quæ ipſemet rerum omnium parens,

m 22.
n 27.
o cap. 3.

Deus, vt fieret, apertis verbis decreuit, prout videre eſt, & in ſacris *p* literis, & apud Philonem *q*, & Ioſephũ *r*. Qui autem ſemel Pontifex creabatur, vſque ad vltimum vitæ exitum in eadem conſeruabatur dignitate, quamuis poſtea dominantibus Græcis in annum, & annos dari cæptus ſit. Quoquomodo res ſe haberet, Pontificibus ſemper maximum, & præſtantiſſimum in Hebræorum Republica ius fuit, ſumma cum auctoritate coniunctum. etſi vſque ad tranſmigrationem Babylonis rerum duntaxat ſacrarum procurationem geſſerint, quia Regibus reſeruata erat ciuilium adminiſtratio. At verò reſtitutis in patriam Iudæis, non ſacra tantùm, ſed & Rempublicam Pontificum maieſtati, imperioq; commiſſam, creditamq; eſſe idem perhibet *ſ* Ioſephus. Hinc illud ipſum, quod de Romanis Principibus ſuprà adnotauimus, factum quidem eſt, vt qui ſummam in Republica haberent potentiam, nihil quidem ſe habere arbitrarentur, niſi & Pontificatum obtinerent, idq; ſacra teſtatur *t* hiſtoria, cui conſenſit etiam Ioſephus in eiſdem *u* Antiquitatum Iudaicarum libris, vt qui Princeps conſtituebatur, inſimul Pontificatus dignitate, & poteſtate fruebatur. Atque Principatu in Regnum commutato, ijdem Pontifices, & Reges erant. Ex quibus nullo propè negotio dignoſci poterit in vnaquaq; Republica quoquomodo fundata, duplicem adfuiſſe poteſtatem, ſacram ſcilicet, & ciuilem, ſeu politicam, & huic illam ſemper præfuiſſe non minus, atque corpori dominatur anima, qua viuit homo.

p Exod. 28. 29. 30. Leuit. 8. & 16 Paralip. cap. 26. Paulus ad Hebraeos 9.

q lib. 3. de vit. Moy.

r lib. 6. bell. iud. & lib. 2. con. Apion.

ſ Lib. 5. cap. 11. antiquit.

t Machab. 1. c. 13.

u d. cap. 11.

CAP. III.

FRequentem verò eorundem Hæbræorum præuaricationem, à qua ſæpè, & ſæpius obiurgati per Prophetas reuerti noluiſſent, cùm animaduerteret Deus, malitiamq; & falſorum Deorum cultus etiam per vniuerſum terrarum orbem ita inualuiſſe, vt eius nomen iam fermè ex hominum memoria euanuiſſet, tùm filium ſuum vnigenitum è ſacris ſedibus ad homines delegauit, vt eos ab inanibus, & impijs cultibus ad cognoſcendum, & colendum Deum viuum conuerteret, atque vt eorum mentes à dementia ad ſapientiam, ab iniuſtitia ad æquitatem, & iuſtitiam reduce-

duceret: ac præcipuè Iudæos ipſos ſibi ceteris dilectiores,
quibus ſolis diuina myſteria fuerant credita. Item, vt ſi-
bi credentes homines, ac ſacro baptiſmatis fonte renatos
à dæmonum faucibus, ac tranſgreſſionis ſententia libera-
ret. & diaboli futuram, vt ait *a* S. Auguſtinus perditionē, *a quæſt. veter.*
ne deinceps factum eius imitaretur. oſtenderet. Vnde Apo *& noui teſt. 2. 2.*
ſtolus *b* Ioannes ſcribit. Ideò venit filius Dei, vt ſolueret *b 1. cap. 3.*
opera diaboli.

§. 1.

Chriſtum verò ipſum eſſe omnipotentis Dei filium ne-
mo, qui Chriſtianæ militiæ adſcriptus ſit, negare poteſt.
Namq; ipſemet creator omnium Deus teſtimonium perhi
buit, dicens *c*, Filius meus es tù, Ego hodie genui te. Et *c pſal. 2. Paul. ad*
apud Oſæam *d* prophetam. Ex Aegypto vocaui filium *Hebr. 5.*
meum, apud Matthæum *e*, & Lucam *f*, Hic eſt filius meus *d cap. 11.*
dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. Quem *e cap. 13.*
talem eſſe, & Petrus ab eodem Chriſto interrogatus, quem *f cap. 3.*
dicunt homines eſſe filium hominis; & poſtea, vos quem
me eſſe dicitis, totius ſacri Apoſtolici collegij nomine
reſpondens *g* confeſſus eſt, Tu es Chriſtus filius Dei vi- *g Matth. 16. &*
ui. Ad quem locum ſcribens B. Hieronymus ad diffe- *26.*
rentiam, inquit, aliorum Deorum, qui mortui ſunt.

§. 2.

Hunc quoque ſacerdotem eſſe voluit, *h* Tu es ſacerdos *h pſal. 109. 1. ad*
in æternum, & vt ait *i* Paulus, manet in perpetuum, & ali- *Hebr. 7.*
bi. Et omnis quidem ſacerdos præſtò eſt quotidiè mini- *i ead. c. 10.*
ſtrans, & eaſdem ſemper offerens hoſtias, quæ nunquam
poſſunt auferre peccata, hic autem vnam pro peccatis of-
ferens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei.

§. 3.

Fuit quoque Rex, & dictus, & factus priuſquam è ſinu *k lib. 1. c. 2.*
patris ad nos emanaſſet, nam in libris *k* Regum de Chriſto
loquens, Dabit imperium regi ſuo. Et regius Propheta
pluribus in locis, vel ijs præcipuè *l*. Introibit Rex gloriæ, *l pſal. 23.*
quis eſt iſte Rex gloriæ? *m* Sedebit Dominus Rex in æter- *m pſal. 28.*
num. Iſaia *n*, Dominus legifer noſter, Dominus Rex no- *n cap. 33.*
ſter. Ieremia *o*, Regnabit Rex, & ſapiens erit. Zacharia *o cap. 23.*
p, Iubila filia Hieruſalem, Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, *p cap. 9.*
& ſaluator. Vix autem ex vtero beatiſſimæ Virginis na-
to, ſtatim ab oriente Magi venientes dixerunt *q* vbi eſt, *q Matth. 2.*
qui

Deus, vt fieret, apertis verbis decreuit, prout videre eſt, & in ſacris *p* literis, & apud Philonem *q*, & Ioſephũ *r*. Qui autem ſemel Pontifex creabatur, vſque ad vltimum vitæ exitum in eadem conſeruabatur dignitate, quamuis poſtea dominantibus Græcis in annum, & annos dari cæptus ſit. Quoquomodo res ſe haberet, Pontificibus ſemper maximum, & præſtantiſſimum in Hebræorum Republica ius fuit, ſumma cum auctoritate coniunctum. etſi vſque ad tranſmigrationem Babylonis rerum duntaxat ſacrarum procurationem geſſerint, quia Regibus reſeruata erat ciuilium adminiſtratio. At verò reſtitutis in patriam Iudæis, non ſacra tantùm, ſed & Rempublicam Pontificum maieſtati, imperioq; commiſſam, creditamq; eſſe idem perhibet *ſ* Ioſephus. Hinc illud ipſum, quod de Romanis Principibus ſuprà adnotauimus, factum quidem eſt, vt qui ſummam in Republica haberent potentiam, nihil quidem ſe habere arbitrarentur, niſi & Pontificatum obtinerent, idq; ſacra teſtatur *t* hiſtoria, cui conſenſit etiam Ioſephus in eiſdem *u* Antiquitatum Iudaicarum libris, vt qui Princeps conſtituebatur, inſimul Pontificatus dignitate, & poteſtate fruebatur. Atque Principatu in Regnum commutato, ijdem Pontifices, & Reges erant. Ex quibus nullo propè negotio dignoſci poterit in vnaquaq; Republica quoquomodo fundata, duplicem adfuiſſe poteſtatem, ſacram ſcilicet, & ciuilem, ſeu politicam, & huic illam ſemper præfuiſſe non minus, atque corpori dominatur anima, qua viuit homo.

p Exod. 28. 29. 30. Leuit. 8. & 16 Paralip. cap. 26. Paulus ad Hebræos 9.

q lib. 3. de vit. Moy.

r lib. 6 bell. iud. & lib. 2. con. Apion.

ſ Lib. 3. cap. 11. antiquit.

t Machab. 1. c. 13.

u d. cap. 11.

C A P. I I I.

FRequentem verò eorundem Hæbræorum præuaricationem, à qua ſæpè, & ſæpius obiurgati per Prophetas reuerti noluiſſent, cùm animaduerteret Deus, malitiamq; & falſorum Deorum cultus etiam per vniuerſum terrarum orbem ita inualuiſſe, vt eius nomen iam fermè ex hominum memoria euanuiſſet, tùm filium ſuum vnigenitum è ſacris ſedibus ad homines delegauit, vt eos ab inanibus, & impijs cultibus ad cognoſcendum, & colendum Deum viuum conuerteret, atque vt eorum mentes à dementia ad ſapientiam, ab iniuſtitia ad æquitatem, & iuſtitiam reduce-

duceret: ac præcipuè Iudæos ipſos ſibi cæteris dilectiores, quibus ſolis diuina myſteria fuerant credita. Item, vt ſibi credentes homines, ac ſacro baptiſmatis fonte renatos à dæmonum faucibus, ac tranſgreſſionis ſententia liberaret. & diaboli futuram, vt ait *a* S. Auguſtinus perditionē, ne deinceps factum eius imitaretur, oſtenderet. Vnde Apoſtolus *b* Ioannes ſcribit. Ideò venit filius Dei, vt ſolueret opera diaboli.

a quæſt. veter. & noui teſt. 2. 8.
b 1. cap. 3.

§. 1.

Chriſtum verò ipſum eſſe omnipotentis Dei filium nemo, qui Chriſtianæ militiæ adſcriptus ſit, negare poteſt. Namq; ipſemet creator omnium Deus teſtimonium perhibuit, dicens *c*, Filius meus es tù, Ego hodie genui te. Et apud Oſæam *d* prophetam. Ex Aegypto vocaui filium meum, apud Matthæum *e*, & Lucam *f*; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. Quem talem eſſe, & Petrus ab eodem Chriſto interrogatus, quem dicunt homines eſſe filium hominis; & poſtea, vos quem me eſſe dicitis, totius ſacri Apoſtolici collegij nomine reſpondens *g* confeſſus eſt, Tu es Chriſtus filius Dei viui. Ad quem locum ſcribens B. Hieronymus ad differentiam, inquit, aliorum Deorum, qui mortui ſunt.

c pſal. 2. Paul. ad Hebr. 5.
d cap. 11.
e cap. 13.
f cap. 3.
g Matth. 16. & 26.

§. 2.

Hunc quoque ſacerdotem eſſe voluit, *h* Tu es ſacerdos in æternum, & vt ait *i* Paulus, manet in perpetuum, & alibi. Et omnis quidem ſacerdos præſtò eſt quotidiè miniſtrans, & eaſdem ſemper offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata, hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei.

h pſal. 109. 1. ad Hebr. 7.
i ead. c. 10.

§. 3.

Fuit quoque Rex, & dictus, & factus priuſquam è ſinu patris ad nos emanaſſet, nam in libris k Regum de Chriſto loquens, Dabit imperium regi ſuo. Et regius Propheta pluribus in locis, vel ijs præcipuè *l*. Introibit Rex gloriæ, quis eſt iſte Rex gloriæ? *m* Sedebit Dominus Rex in æternum. Eſaia *n*, Dominus legifer noſter. Dominus Rex noſter. Ieremia *o*, Regnabit Rex, & ſapiens erit. Zacharia *p*, Iubila filia Hieruſalem, Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator. Vix autem ex vtero beatiſſimæ Virginis nato, ſtatim ab oriente Magi venientes dixerunt *q* vbi eſt,

k lib. 1. c. 2.
l pſal. 23.
m pſal. 28.
n cap. 33.
o cap. 23.
p cap. 9.
q Matth. 2.

qui

qui natus eſt Rex Iudæorum. Idque Pilatus Romanorum in partibus Iudeæ Præſes diuino numine afflatus Regem quoque declarauit, poſt multa ſubijciens *r*, vultis, vt ego dimittam vobis Regem Iudæorum. Immò diſcipulus ille, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit, & cæleſtia arcana penetrauit in Apocalypſi *ſ*, Dominum Dominorum, & Regem Regum eſſe dixit. Cui optimè conuenit illud Ieremiæ vaticinium *t*. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & Regna, vt euellas, diſſipes, ædifices, & plantes. Vbi ſacrarum ſcripturarum interpretes *u* Pontifices, ac iuris ſcientiſſimi non de ſacris tantùm illud intelligi oportere ſenſerunt, verùm de profanis etiam, de iuriſdictione *x*, & imperio, quod merum *y* à iuris auctoribus appellatur. Quod ciuilis, naturaliſq; ratio ſuadere videtur, vt Pater omnium Regem, & Imperatorem conſtituere deberet. cùm merito ſapientiæ, virtutis, ac ſacerdotalis ſummæ dignitatis, quam etiam ante mortem obtinebat, dignus æſtimaretur. Idque non ignorauit Ariſtoteles *a*, aſſeuerans. Quoſdam eſſe natura ſeruos, & alios liberos, & dominos, & quibus natura debebatur, vt ceteris præeſſent, & alibi *b*. Quod ſi quis ſic virtute, & ſapientia longè cæteros excelleret, ei regnum, & imperium deberetur. At cui hæc magis congruè aptari poſſunt, quàm Chriſto? qui eſt ipſamet virtus, ipſa ſapientia *c*, immò Dei virtus, & ſapientia, vt ad Corinthios *d* ſcribit Apoſtolus.

r eiuſd. Matth. cap. 18. in fine.
ſ cap. 17. can. 2. diſt. 1. cap. Tua de decim.
t cap. 1.
u cap. 1. & 6. de maior. & obed. c. 2. de re iud. lib. 6. extrau. vnam ſanctam, vbi notant omnes eod. de maior. & obe.
x Dixi de ſacr. immunit. lib. 3. c. 13. n. 52. & fere per tot.
y l. 1. §. ult. & l. vlt. ff. de offic. eius & l. imperium. ff. de iuriſd.
a lib. Politic. 1.
b Politic. 3.
c Pſal. 146.
d 1. Corinth. 1.

§. 4.

Quemadmodum enim ipſi Chriſto duæ inſunt naturæ, humana, & diuina, ita duæ quoque adhærent poteſtates, ſacra, & politica. Repreſentat ſi quidem vtcunque Moyſem *e*, & Aaronem *f*, qua propter eidem Moyſi prædictum fuit, Prophetam ſuſcitabo in medio fratrum tuorum ſimilem tui. Moyſes autem, & ipſe fuit ſacerdos *g*, Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius. Quare videmus in Exodo *h* eundem Moyſem Deo incenſum obtuliſſe, quod vtiq; præcipuum erat ſacerdoti munus. Et in Leuitico *i*, vti ſummus Sacerdos Dei iuſſu Aaronem fratrem conſecrauit, ex eoque nepotes conſtituit ſacerdotes, atque in eorum conſecratione ſacrificium fecit. Neque id inficiantur Iudæi. Si quidem Philo *i* Hæbreorum doctiſſimus æternæ reliquit memoriæ, Moyſem fuiſſe Pontificem, Regem, &

e Deut. 18.
f Exod. 28.
g Pſal. 98.
h cap. 40.
i cap. 8.
i Lib. 3. de vita Moyſ. prope fin.

Prophetam. A quò non diſſentire antiquiſſimi, ac iuxta ſanctiſſimi Patres tum Græci, tum Latini, Dionyſius *k* Areopagita, Gregorius *l*, Nazianzenus, Auguſtinus *m*, Hieronymus *n*, Anacletus *o*. Ex recentioribus Ioannes à Turrecremata *p*, & Ioannes à Capiſtrano, qui alios multos collegit, eorumque dicta cumulatè retulit, & ante eum Auguſtinus Triumphus *q*, & poſt Cardinalis Bellarminus *r* de Ro. Pontifice. Sed quid imus per emendicata ſuffragia, ſi Paulus *ſ* Apoſtolus Corinthios docens ait, Deum patrem ſubieciſſe omnia filio ſub pedibus eius. Et *t* ipſemet filius idem confirmans dicit, omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Item poſt reſurrectionem priuſ quam Apoſtolos in vniuerſum orbem delegaſſet *v*, ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Ergo omnium Dominus. nam vulgatum eſt illud apud *u* noſtros nihil excludere, qui omnia dicit, quod ratiocinatur & Apoſtolus ad Hæbreos loquens *x*, in eo enim, inquit, quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit ſubiectum ei.

k cap. 5. Hier. Eccl. l in orat. torum Greg. Niſſeno. m q 68. in Exod. & qu. 23. id Leuit. ad pſal. 98. n lib. 1. con Iouian. o Epiſt 3. c. 3. de qua in can. ſacroſancta. 22. diſtinct. p ad 1. num. 10. diſt. 22. q de auct. Papæ part. 1. n. 10 par. 2. num. 61. r de Eccl. poteſt. q. 1. art 3. 2. lib. 1 c. 9. ſ 1. Corin. 15. t Matth. 11 & Luc. 10. v Matth. vlt. in fin. u l. à Procuratore, C. man. l. Iulianus. ff. de leg. 3. c. ſoluta §. penult. de maior. & obed. x c. 2.

§. 5.

Duo autem ſunt, quæ nobis maximum videntur faceſſere negotium, aliud Ioannis, *a* Regnum meum non eſt de hoc mundo, hoc eſt, vt Eccleſia interpretatur, Non eripit mortalia, Qui regna dat cœleſtia, alterum Lucæ. *b* Quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos? multi afferuntur ab antiquis Patribus intellectus, qui omnes mihi videntur & verbis, & menti apprimè conuenire, de quibus Ioannes *c* à Turrecremata: ſed inter alios mihi apparet dixiſſe, quòd oportuit vnus Beatus *d* Thomas, vir, vt nemo neſcit, doctrina inſignis, ingenio præſtantiſſimus ſanctitate perſpicuus, videlicet non de regni poteſtate, aut iudiciaria poteſtate dixiſſe.

a cap. 18. b c. 12

c ad can. cùm ad verum nu. 4. 96. diſt. & lib 2. de eccl. d 3 p. q. 56. art. 1. 2. & 4. & p. 3. q. 22. art. 1. ad tertiũ. & 22. q. 67. art. 1. ad 2.

Si quidem eſt *e*, & erat iudex viuorum, & mortuorum conſtitutus, eique *f* omne iudicium dederat Pater, ſed de eius vſu dumtaxat dicere, & intelligere voluerat, ea nempè vti noluiſſe, dum noſtræ redẽptionis myſterium exerceret. Non quòd non haberet, cùm illam haberet. Etenim non dixit Chriſtus, non habere ſe poteſtatem iudicandi, ſed non veniſſe iudicare.

e Act. 10. f Ioan. 5.

At dubium non eſt, quin, quando ſe obtulerit occaſio, illam exercuerit. Idque, vt ſe Dominum, & Regem eſſe

oſtenderet. Sicuti legem ipſam carnaliter adimpleuit, octaua die circumciſus, 40. die in templo cum hoſtijs præſentatus, vt in ſe ipſo eam ſanctificaret, poſtea verò *b*, vt ſe Dominum legis manifeſtaret, illique minimè ſubiectum monſtraret, contra legis litteram in die Sabbathi leproſum mundauit. Ex quibus ſanè haud obſcurè apparet, Chriſtum omnipotentis Dei filium non ſacerdotem modò, ſed legislatorem quoque Dominum, & Regem nobis eſſe a Patre datum, quod etiam teſtantur Athanaſius *i*, Cyprianus k, Bernardus *l*, Thomas *m* Aquinas, & alij ferè omnes Theologi.

CAP. IIII.

Reliquum eſt, vt videamus de Summo Romano Pontifice (cuius occaſione ſcripta hactenus ſunt dicta) ab ipſo Chriſto in terris Vicario ſibi deputato, cui hæſitandum non eſt ipſum eam omnem, quam à Deo Patre acceptam, vt homo mortalis, auctoritatem, poteſtatemq; tribuiſſe, atque eum totius viſibilis Eccleſiæ principem, & caput conſtituiſſe. Quod teſtatur S. Cyrillus à B. Thoma in opuſculo de Primatu Petri citatus dicens, quemadmodum Chriſtus à Patre pleniſſimam in totam Eccleſiam habuit poteſtatem, ſic Chriſtus Petro, eiuſque ſucceſſoribus omnem dedit poteſtatem. Nam ſtatim atque interrogatus Petrus de ipſius Chriſti filiatione reſpondiſſet, Tu es filius Dei viui, ſuum fore Vicarium velle demonſtrauit, inquiens *n*. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meã. Et tibi dabo claues cælorum. Et quodcunq. ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis.

Per quæ quidem verba rectiſſimè arbitrantur Theologi *o*, & ſacri iuris Pontificij *p* interpretes, Petro vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtrationem eſſe promiſſam, non æquè actu traditam, ijdem tamen atque *q* alij conſtanter aſſeuerant, tunc verè datam, cùm Chriſtus poſt reſurrectionem eidem apud Ioannem dixerit *r*, Paſce oues meas, paſce agnos meos. Quæ verba ſic accipienda eſſe Conſtantinopolitanum Imperatorem docuit *ſ* Innocentius huius

nomi-

b can. ideo, 25. q. 2.

i ſerm. 3. contra Arianos.
K epiſt. 9. lib. 3. & lib. 3. teſtim. aduerſus Iudæos, teſtimonio 29. & 30. *l ſer. 2. in Epiph. Domini.* *m d. q. 22. art. 1. ad tertium.*

n Matth. 16.
o ad d. cap. 16. Chryſ. ad cap. 24 Lucæ. Aug. ad c. 13. Ioan. Anacl. in epiſt. 3. ad Epiſcop. Italiæ.
p gloſſ. Turrecr. Archid. & alij ad can. 2. diſt. 22
q Hieronym. ad d. c. 16. Ambroſ. ſerm. de fide Petri 47. Greg. homel. 21. in Euan. can. ſidelior 50. diſt. ubi notant omnes de maior. & obed.

nominis tertius, non ſolùm Pontifex Maximus, ſed maximus etiam Theologus. Siquidem ante nulla fuit neceſſitas, vt Dominus aliquem, qui eius vice in terris fungeretur, conſtitueret, cùm ipſe per ſemetipſum nauis gubernacula tutò regeret.

§. 1.

Sed ad Patrem reuerſuro fuit neceſſe ſibi Vicarium deligere, & ſic Petrum ceteris præſtantiorem, ſuique *t* amantiſſimum, eiuſq. deinceps verè ſucceſſores in ſui vicem ſuſtituit, in omneſq. alios ſuam delegauit poteſtatem. Cuius fides ne vllo vnquam tempore deficeret, ſe Patrem rogaſſe affirmauit, iuſſitq. *u* vt ipſe aliquando conuerſus confirmaret fratres ſuos. Et ne idem Petrus tanto onere ſe grauatum ſentiret, parumq. de virium ſuarum imbecillitate fideret, ſed vt magno animo, & forti prouinciam ſuſciperet, eidem dixit: Duc in altum, cui Petrus fortior viribus, animoq. maior effectus reſpondit *x*, In verbo tuo relaxabo rete. Vicariatum igitur antea promiſſum ſuſcepit Apoſtolorum Princeps, ac moriens eundem ſuis legitimis ſucceſſoribus regendum, tuendum, conſeruandumq. reliquit *a*.

t d. Ioan. vlt.

u Luc. 22.

x Luca 5.

a clem. 1. in fine de ſent. & reiud.

§. 2.

Sed hinc maior exoritur dubitatio, an idem Petrus, eiuſq. ſucceſſores politicam, ſeu directum dominium, vel, vt noſtri loquuntur, temporalem iuriſdictionem directè habuerint, habeantq. alij aſſerunt, alij negant, ſed mihi longè magis placet opinio exiſtimantium habere directè. Nam ex iam dictis de Chriſto Rege ſatis conſtat manifeſtè, ſummo Romano Pontifici competere, ac ſemper competiiſſe omnem, & quancunque directam iurisdictionem temporalem. Cùm ſit catholica tam Theologorum, quàm iuriſperitorum ſententia Chriſtum, vt hominem Petro, eiuſq. ſucceſſoribus tantam tribuiſſe, ac reliquiſſe poteſtatem, quanta erat neceſſaria, & expediebat ad regimen totius Eccleſiæ. Quod apertè videtur indicaſſe apud Ioannem *b*, ſicut miſit me Pater, ita mitto vos. Vnde S. Auguſtinus eleganter, & doctè, vt ſolet *c*, ait. O mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris? quis plebeium piſcatorem Apoſtolorum facilè crederet Principem, & Regibus obſiſtere? regnis omnibus imperare? mundum reſrenare

b cap. 20.

c ſerm. quodam Apoſt. Petri, & Pauli incipiente fortis, & humilis.

legibus, & quæ ſequuntur. At rogo, quid ſibi volunt illa verba, Regibus obſiſtere? regnis omnibus imperare? mundum refrenare legibus? niſi habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines. & clarè explicaui *d* annis præteritis, qui etiam pluribus comprobaui tam veteris *e*, quam noui *f* teſtamēti Sacerdotes huiuſmodi poteſtate vſos fuiſſe, præcipuè verò ipſum Apoſtolorum Principem, & Chriſti vicarium, quando auriculam Malcho Principis ſacerdotum ſeruo amputauit, item *g* in Ananiā, & eius vxorem Saphiram, qua conſcia ille prædium venundederat, & partem pretij mentiendo, Apoſtolis occultauerat, hac ſumma gladij poteſtate animaduertit.

Qua propter Nicolaus Papa de Chriſto loquens ait *b*, Qui beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul, & cæleſtis imperij iura commiſit. Et B. *i* Auguſtinus. At vbi tempus, quò ſe pati permiſit, aduenit, præterquam quòd rixa magis, quam bellum imminebat, armatos iubet eſſe diſcipulos, non vt repugnaret, qui pati volebat, ſed vt in poteſtate habere poſſeſſionem ſuam oſtenderet. S. *j* Thomas, Papa, inquit, qui vtriuſque poteſtatis apicem tenet ſcilicet ſpiritualis, & temporalis, hoc ille diſponente, qui eſt ſacerdos, & Rex, Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, Rex Regum, Dominus dominantium, cuius poteſtas non auferetur, & Regnum non corrumpetur in ſæcula ſæculorum.

Si quidem illos duos gladios apud *k* Lucam vtriuſq; iuriſdictionis, ſacræ, & profanæ, ſeu temporalis, & ſpiritualis ſymbolum referre tenuerunt ſancti Bernardus *l*, Beda *m*, Titus *n*, Boſtrenus, Helibertus *o* Cœnomanenſis Epiſcopus, Bonifacius *p* Papa VIII. & alij, quos in medium adducit Ioſephus *q*. Stephanus in ſuo de poteſtate coactiua libro. Id quoque confirmat ex plurium grauiſſimorum virorum auctoritate ex recentioribus Ioannes *r* à Capiſtrano in ſuo de poteſtate Papę tractatu, & M. *ſ* Antonius Peregrinus in tractatu de priuilegijs, & iuribus fiſci.

§. 3.

Neque hanc temporalem Eccleſiaſticam iuriſdictionem ignorarunt Imperatores ipſi, quippè qui, tantum abeſt, vt illi fuerint impedimento, quo minus lata lege præceperint *t*, vt quid eſſet ſacerdotali ſententia terminatum,

d lib. de ſacr. immunit. 3. c. 3. nu. 5. cum ſeqq.
e 1. Reg. 15. 3. Reg. 18. 4. Reg. 14 & 11. Paralipo. lib. 2. c. 22.
f Matt. 26. Luc. 22 Ioann. 18.
g Act. 5.
b can. omnes 22. diſt.
i Quæſt. ex nouo teſtam. 104. in fin.
j lib. 2. ſen. in fine.
k cap. 22.
l lib. 3. de conſiderat. *m n* ad d. c. 22. *o* ep. 40.
p c. 1. extr de maior. & obed.
q c. 8. nu. 9. cum ſeqq. *r* p. 2. nu. 194. & 225.
ſ lib. 1. c. 2. n. 20
t l. 1. C. Theod. de Epiſc. & Cler.

pro ſancto ſemper, & venerabili haberetur. Immo liberã litigantibus dedere facultatem ſacerdotis iudicium eligendi, altera etiam parte contradicente. Neque a tali ſententia appellari poſſe ſanxerunt *u* Arcadius, & Honorius. Idem Theodoſius Magnus, ſi Gratiano *x* credimus, & Carolus *y* item Magnus. Theodoricus quoque Gotthorum Rex, & ſi Arianus, tempore, quo vniuerſæ dominabatur Italiæ, vt videre eſt apud Magnum *z* Aurelium Caſſiodorum ad Petrum Epiſcopum eiuſdem Regis nomine ſcribentem.

Quinimmo Valentinianus Imperator, vacante Mediolanenſi Eccleſia hortatus eſt *a* Epiſcopos, vt talem eligerent Epiſcopum, cui inquit, & nos, qui gubernamus imperium, ſincere capita noſtra ſubmittamus.

Si de vno ſimplici, & particulari Epiſcopo ita ſenſit Imperator, quid putare debuerat de ſummo Chriſti Vicario, cui vni omnes ſubſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, Patriarchæ? niſi quòd omnem omnino haberet poteſtatem, omne prorſus imperium.

Etenim Ioannes Hieronymus Albanus *b* tradit iuris vtriuſque Doctores votis frequentioribus tenere Pontificem Maximum vtriuſque gladij poteſtatem habere, atque ideo imperium ab Eccleſia dependere; & ita de neceſſitate ſalutis credi, & teneri firmiter oportere. vt Abbas *c* quoque, Aretinus *d*, Bartolus *e*, & alij *f* plures. Idem quoque Bartolus *g* affirmat Papam vbique eſſe Dominum, & poſſe omnia, dummodo contra fidem non ſentiat, aſſerunt Alexander *h*, Felinus *i*, & Decius k, Socinus *l*. Quod ſacris etiam canonibus expreſſe cauetur *m*.

u l. 4. C. de Epiſc. aud.
x can. 34. 11. q. 1.
y can. 36. eod. q. 1. & c. 13. ext. de iudic.
z lib. 3. epiſt. 37.
a Hiſt. trip. lib. 7. can. 3. diſt. 63. & ind. c. 13. de iud.
b in tract. de poteſt. Pap. p. 2. n. 16 cum ſeqq.
c conſ. 28. lib. 1.
d conſ. 59.
e ad l. 1. ff. de requirend. reis.
f ad c. nouit. de iudic.
g in tract. de reprimen. in verb. per edict.
h conſ. 106. lib. 2.
i ad c. ſi quando, de reſcrip.
K conſ. 138 lib. 1.
l conſ. 13. lib. 1.
m can. noli te 11. diſt. can. Epiſcopo can. cuncta. 1. & 2 9. q. 3. clem. 1. vt lit. pid.

§. 4.

Et quatenus ipſe ſummus Eccleſiæ princeps non haberet, quod tamen firmiter negamus, politicam, ſeu meram, ac directam in temporalibus iuriſdictionem. nemo tamen catholicus inficiatur à Chriſto Ieſu creditam illi eſſe poteſtatem non rerum modò ſpiritualium, atque earum, quæ ad ſalutem *n* animæ ſpectant, ſed etiam temporalium in ordine ad ſacra, ſeu ſpiritualia, quietemq. Reipublicæ, & eius omnino procurationem attinentium. Sicut enim homo, cuius *o* gratia omnia a Deo comparata ſunt, circumſpicitur ex duabus potiſſimum, quibus conſtat partibus,

n c. ad Corinth. 4.
o Geneſ. cap. 9. l. in pecudum, ff. de vſur. §. in pecudū inſt. de vſufr.

ex anima ſcilicet, & corpore: Sic duplicem quoque curam habere eum, qui illum dirigit, neceſſe eſt. Corpus verò animi cauſa fuiſſe a rerum omnium parente conditum etiam Ariſtoteles teſtatur *p*.

Et quemadmodum ab initio creationis vniuerſi fuerũt duo conſtituta in cælo luminaria maiora, quorum alterum *q* maius ſol, minus luna. ita in terris duæ *r* poteſtates cæleſtis, & terrena, & veluti ſol præeſt diebus, ſic illa ſpiritualibus, & ſicut luna noctibus, ita humanis dominatur terrena. Et quemadmodum luna luce lucet, vt ait Cicero *ſ*, aliena, ſic a ſpirituali virtutem, & ſplendorem accipit profana. In homine quoque duo luminaria magna, ratio, & ſenſus, ratio autem longe maior, & honoratior habetur, quia melioribus, & dignioribus præeſt *t*. Duæ item conſiderantur poteſtates, duoque genera *u* ſubditorum. At cum anima ſit præſtantior *x* corpore, ratio ſenſũ, præſtantiora quoque, & fortiora æſtimentur ſpiritualia temporalibus, dubitari non poteſt, quin ſummus Pontifex diuina prouidentia totius Eccleſiæ caput, & Princeps habens animarum curam, rerumq. omnium ad ſalutem ipſarum pertinentium, queat omnia, quæ corporis ſunt, regere, tueri, & conſeruare. Et ſicut corpori præualet anima, quod etiã cæci, & ſurdi fatentur, ſic ille, quippe qui animæ præeſt, multo facilius corpori, & omnibus *y*, quæ eius ſunt, & imperare valet, & leges imponere. Vnde a S. Bernardo *a*, & Bonifatio viij. *b* optima ratione dictũ eſt Papam vtrumque habere gladium, temporalem, & ſpiritualem. Eſt enim quaſi Deus *c* in terris, maior quouis homine, poteſtatis *d* obtinens plenitudinem. Cui omnes *e* neceſſariò tenentur obtemperare. Ipſe ſiquidem totius orbis poſſidet *f* principatum, ſupremum totius orbis magiſtratum. Neque abs re Tertullianus antiquiſſimus Theologus, Apoſtolorum tempori proximus ad vxorem ſcribens *g*, eum Regem ſeculi appellat. quaſi in hoc ſeculo exiſtenti Imperatores, Reges, alijq. ſummi principes non dedignantur *h* ſua ſubmittere capita, eiuſq. pedes magna cum humilitate deoſculari. Quam pedum exoſculationẽ ab omnibus vni Romano Pontifici præſtandam eſſe perpulchre docet *i* Ioſephus Stephanus in ſuo de adoratione pedum tractatu.

p lib. de Anima. lib. c. fin.
q Geneſ. 1. & c. 6. de maior. & obed. c. duo ſunt. 12 q. 3.
ſ de ſom. Scipion. t. §. nõ autẽ auth. de defenſ. ciuit.
u Luca 22. c. vnã ſanctam extraua. de maior. & obed.
x c. 1. de translat. Epiſc.
y l. acceſſionib. ff. de diuerſ. & tẽp. præſcrip.
a lib. 4. de conſid.
b d. c. vnã ſanctã.
c c. 3. §. non enim de transl. Epiſc.
d can. 11. & 12. q. 6. & notãt oẽs ad c. per venerabilem. §. rationibus qui fil. ſint legit.
e c. oĩs de maior. & obed. can. 18. 11. q. 3.
f c. 1. §. vlt. de ſtat reg. lib. 6.
g lib. 1. ad vxor.
h c. 13. de ind. clemen. 1. de iureiur. Hiſt. trip. li. 7. c. 8.
i c. 7. per totum.

§. 5.

Spiritualis enim poteſtas temporalem inſtituit, eamque iudicat, quod non concilia, non Pontifices, non alij legum latores, eorumve interpretes, aut Theologi aſſerunt, ſed tuba ipſa veritatis Apoſtolus Paulus ad Corinthios ſermonem habens k. Neſcitis, quoniam Angelos iudicabitis? Quanto magis ſecularia? Quod ſane præceptum ſi omnibus *l* Eccleſiæ præſidibus conuenit? quanto melius Romano Pontifici maximo aptari potuerit? cum ipſi fas ſit de omnibus iudicium facere, de eo ſolus Deus. De quo intelligens B. Ignatius, Presbyteri *m*, inquit, atque omnis clerus ſimul cum omni populo, cum militibus, & Principibus, ſed & Cæſares obediant Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto.

Huiuſmodi autem politicam gubernationem, ſeu iuriſdictionem non modo, vt Chriſtianam, verum etiam, vt politicam eſſe ſacræ, ſeu Eccleſiaſticæ poteſtati ſubiectam ex fine vtriuſque haud obſcure monemur. Finis namque terrenus, ſeu temporalis fini ſpirituali ſubordinatur. Siquidem felicitas temporalis non eſt vltimus finis; cum conſiſtat, vt ait S. Thomas *n*, in voluptate, diuitijs, poteſtate, dignitate, & fama: atque ideo referri debet in felicitatem æternam, quæ in *o* Dei cognitione, & fruitione conſiſtit: ſubordinari vero facultates, vt ſubordinantur fines, ſcriptum reliquit *p* Ariſtoteles. Præterea Imperator, Reges, & Pontifex, clerici item, ac laici non æque duas faciunt reſpublicas, ſed vnam, vnam ſcilicet Eccleſiam, quia vna eſt *q* columba mea. ſumus enim vnum corpus omnes, vt tradit *r* Apoſtolus, & in omni corpore membra ſunt connexa, & vnum ab alio dependet. ſpiritualia vero, vt ſupra oſtenſum eſt, non poſſunt à temporalibus pendere, vel ab eiſdem emanare: cum terrena ſeu temporalia à ſacris, & ſpiritualibus omnino pēdeant, illiſq. ſubiiciantur.

Multæ aliæ ſimiles in medium afferri poſſent rationes, niſi, & breuitati, eſſet penitus ſtudendum. quæ tamen nullo ferè labore videri poterunt apud Nicolaum *ſ* Sande rum, & illuſtriſſimum, ac iuxta doctiſſimum Cardinalem Bellarminum Controuerſiarum tomo *t* primo.

§. 6.

Sed quid opus eſt rationibus longe petitis, aut ſubtilibus

K 1. cap. 6.
l can. nemo. cum ſeqq. 9. q. 3.
m epiſt. 9.
n 1. q. 26. art. 4 & 1. 2. q. 2.
o idem Th. 1. 2. q. 3. art. 7. & 2. 2. q. 167. art. 1.
p lib. 1. Ethic. c. 1.
q Cant. 6. can. alind conſecr. diſt. 4. can. remiſ. 1. q. 1
r Rom. 12. & 1. Corint. 12.
ſ lib. 2. c. 4. de viſibili monarchia
t lib. 5. de Rom. Pont. c. 7.

bus argumentis hanc noſtram telam texere, ſi liquido conſtat tantum in eſſe ſummo Romanæ Eccleſiæ Rectori auctoritatem, tantam dignationem, tantam deniq. poteſtatem, vt Cæſares ipſos, Reges, alioſq. potentisſimos Principes, principatu, regno, atq. imperio priuet, alios item, cum libet, in eorum locum ſubſtituat.

Et quanuis id non agere ſoleat, niſi grauiſsimis, eiſdemque vrgentisſimis decauſis fidem catholicam, aut Chriſtianam rempublicam, aut ſingulare alicuius Prouinciæ bonũ, & vtile reſpiciẽtibus (vt cõtingit Zachariæ *u* aduerſus Childericũ Franciæ Regẽ tãtæ dignitatis titulo, & honore indignum) magna quoque, & prudenti habita deliberatione, vtrum expediat, & quando, & quomodo, & per quem id perficiendum ſit, vt adnotarunt rectiſsime Innocẽtius *x*, Baldus *y*, Franciſcus *a* Vergas, Rodericus *b*, Zamorrenſis, atque etiam alij *c*: attamen iuris certiſsimi eſt id facere poſſe, faciatq. cum vtilitas poſtulat, aut vrget neceſsitas. Quod pluribus, ac quidem illuſtribus exẽplis, ſi opus eſſet, comprobari poſſet. cum plena ſint ſacrorum canonum, eorumq. interpretum volumina, atque Hiſtoricorum ſcripta. ſed ne lectorem diutius in hiſce connumerandis detineamus, legi poterunt, quæ extant apud Albertum *d* Pighium, Card. Bellarminum *e*, & in meo tractatu *f*, ita vt aprime conueniat illud iam memoratum Ieremiæ vaticinium *g*, Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & Regna, vt euellas, & diſsipes, ædifices, & plantes. Quod *h* dictum eſt nõ a quolibet, ſed à Deo, non Regi, ſed Sacerdoti, non de regia ſtirpe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcendenti.

§. 7.

Si quis fortaſſe diceret, quid ergo ſibi volunt illa Petri Apoſtolorum Principis k, ſubditi eſtote omni creaturæ ſiue Regi, qnaſi præcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Idem quoq. aſſeuerare videtur Paulus ad Romanos ipſos ſcribens *l*, omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, omnis enim poteſtas a Deo eſt, & paulo poſt. Non ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, Vindex in iram ei, qui male agit. Quapropter, & Chriſtus apud Mattheum *m*, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ

Dei

u can. 3. 15. q. 6.
x in cap ad Apoſtolica, §. nos itaq. de re iud. lib. 6.
y ad l. fin. in fin. C. de legib
a in tract. de Epi. poteſt. conſider. 1 o
b in tract. de orig. & differẽtia principp. imper. & reg. p. 2. c gl & doct. ad c. 1 ſi de inueſtitur. feud. inter dom. & vaſſal.
d lib. 3. Hierarch. Eccl. c. 14. e d lib. 3. cap. 8.
e de ſacr. immun. lib 3. c. 13 nu. 39. cum ſeqq. f lib. 1. Pereg. in tract. de priuil. 2. nu. 6. cũ ſeqq. h cap. 1.
h cap. 6. de maior. & obed.

K 1. cap. 7.

l cap. 13.

m cap. 22.

Dei Deo. Quæ, & alia ſimilia nullam nobis faciunt dubitationem, immo noſtram confirmant opinionem, noſtrã ſententiam. Hiſce nanq. omnibus mirum in modum videntur ſatisfeciſſe in ſuis reſponſionibus idem Cardinalis *n* Bellarminus, Ioannes *o* Antonius Bouius, & latiſſime, & pluribus ante annis ipſe in meo *p* de ſacrorum immunit. tractatu lectorem relego: ne idem repetere, & opus in immenſum augere me uelle appareat.

n in 11. Conſid. ſ. 121. cum ſeqq.
o p. 4. ſ. 63. cũ ſeq.
p d. c. 13. nu. 72. cum ſeqq.

§. 8.

Et quamuis in vnaquaq. Republica, & quouis in loco Pontificibus, Sacerdotibusq. non modo ius ſemper fuerit, verum etiam pro commodo, & bono publico neceſſe, vt in profanis, atq. in omnibus, quæ ad politiam ſpectant, ſe immiſcerent; nullibi tamen reperias, ciuiles magiſtratus, aut Principes viros in iis, quæ ad rem ſacram, religionem, vel Dei cultum attineat, ſe ingeſſiſſe: ſin ſecus pro malo omine, pro opproprio, pro ſcelere, pro ignominia habitum. Illud P. Claudii Appii filii, atq. P. Lentuli apud *q* Veteres notum eſt exemplum: qui cum ſacrificiis, quibus minime debuerant, interfuiſſent, perpetua notati ſunt infamia. De quibus intelligens Lactantius *r* Firmianus, Abſtinent, inquit, aſpectu, quibus contaminare illa non licet, & ſi forte vel errore, vel caſu quopiam vir aſpexerit, primò poena eius, deinde inſtauratione ſacrificii ſcelus expiatur.

q Cic. lib. 1. ad Atticum. & in orat. pro domo ſua.
r lib. 3. de falſa ſapien. cap. 20.

Hinc forſan condita eſt lex illa *ſ* publicus ſacerdos imprudentiam conſilio expiatam metu liberet. audaciam in admittendis religionibus foedis damnet, atq. impiam iudicet. Tacitus de Tiberio ſermonem habens *s*: Quando de Religionibus tractabatur, dilatum nuper reſponſum aduerſus Seruium Maluginenſem, Flaminem Dialem promiſit Cæſar: recitauit decretum Pontificium. Lampridius item de Alexandri Ro. Imperatoris pietate, & religione tractans *t*, ait, Pontificibus tantum detulit, & Quindecim viris, atq. Auguribus, vt quaſdam cauſas ſacrorum à ſe finitas iterari, & aliter diſtingui pateretur. Plinius quoque oſtendit *u* præclare rerũ ſacrarum notionem, ad Pontifices pertinere, in eiſque nullum ius, nullamq. actionem ſuis Principibus competere. ſed de iis latius Dionyſius *v* Halicarnaſs. qui poſtmulta concludit, quod ſi quẽ animad

ſ apud Cic. lib. 2. de legib.
s lib. 3. Annal.
t in uita Alex.
u lib. 10. epiſt. 73.
u lib. 2.

uertebant præſcripta ſua circa religionem contemnere, eum mulctabant pro delicti magnitudine, ipſi nullius po teſtati erant obnoxij, nec debebant, vel ſenatui, vel populo de ſe rationem reddere. Neq. id ignorarunt Poetæ: quippe qui paſſim dixere profanos a ſacris eſſe arcendos. vnde Virgilius *x*. *procul, o procul eſte profani,*

Conclamat vates, totoq. abſiſtite luco.

Ouid. *y* *Hinc procul Aeeſonidē procul hinc iubet ire miniſtros,*

Et monet Arcanis oculos remouere profanos.

T. Calph. a, *Ite procul, ſacer eſt locus, ite profani.*

Horat. b, *Odi, ait, profanum vulgus, & arceo.*

Hoc idem teſtatum reliquit Tertullianus *c*, vt a ſacris ſemper arcerentur profani, hoc eſt omnes, qui ſacris non erant initiati, vt in annotationibus ad Pādectas explicauit Guilermus Budæus *d*.

x lib. 6. Æneid.
y lib. 7. Metamorph.
a Eclog. 2.
b Ode 1. lib. 3.
c in Apologetico.
d ad l. 12. de diſtract. pignor.

§. 9.

Sed terrere nos deberet illud, quòd Oziæ Regi obtigit, qui, cum ſacerdotum officio fungi mallet, & Domino incenſum adoleret *d* eo ipſo, Azaria Pontifice, omnibuſq. reliquis ſacerdotibus conſpicientibus à Deo lepra percuſſus, de domo Domini illico eiectus eſt, & leproſus è vita exceſſit. Oza etiam *d*, qui tantum extendit manum ad arcam Dei, & tenuit eam, ob eius temeritatem percuſſus, & mortuus eſt. Voluit enim Deus omnipotens nobis manifeſtum facere; quod ſacra à profanis eſſe deberent omnino ſeiuncta, aliud ius in ſacris, aliud in politicis, alia templorum, alia regnorum auctoritas, & maieſtas. Ac proinde ſacra etiam ædificia Regum domibus diſiuncta, & ſeparata adeo præcipit, vt Regibus nefas eſſet illum ab ipſo Deo conſtitutum finem tranſilire, immo eidem propius accedere vetuit omnino. Quo circa in Reges Iuda vehementer apud Ezechielē inuehitur Dominus dicēs *e*: Fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum, & poſtes ſuos iuxta poſtes meos, & murus erat inter me, & eos. & polluerunt nomen ſanctum meum in abominationibus, quas fecerunt, propter quod conſumpſi eos in ira mea. Quem ſane veteris teſtamenti murum in Chriſti redemptoris noſtri Eccleſia non vnum duntaxat, quaſi diſcrimen inter ſacra, & profana collocatum cernimus, ſed murum quoque, & antemurale, vt multo temporis ante vaticina

d lib. 2. Paralip. c. 26.
d 2. Reg. 6.
e cap. 43.

tus *f* eſt Iſaias Propheta carminibus enarrans: Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, Saluator, ponetur in ea murus, & antemurale. Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta cuſtodiens veritatem. Non autem profanans ſacra, (vt luculenter interpretatus eſt Baronius Cardinalis *g* ampliſſimus, ſcriptor rerum ſacrarum eximius, libertatis Eccleſiaſticæ defenſor acerrimus) diuina conculcans, temerans ſancta, & diſſipans ſanctuarium, quæ cum intus fuerit, iubetur proiici ab Eccleſia ſecundum illud Apocalypſis *h*: Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium. In quorum ſortem conieciſſe ſubiungit eundem Iſaiam *i*, qui iniquas condunt leges, & iniuſtitiam ſtatuunt. Atq. longe magis includuntur ij, qui non ſubditis leges imponunt iniquas, quod tyrãnidem ſapit manifeſtã, & ſacrilegium, ſi ſacris diſcernunt. Idq. eo execrabilius ſcelus efficitur, ſi lata lege firmetur, vt iure fieri poſſe appareat, quod contra ius diuinum etiam vſurpatur. Quare exaltati à Chriſto parietes ſtare debent altiſſimi, iidemq. firmiſſimi ſacra à profanis funditus ſeparantes, quibus dominia ſunt diuina conſtitutione ſeiuncta, vti cum ipſomet Dei vnigenito reſpondi poſſit k, vt quæ Cæſaris ſunt, Cæſari, quæ Dei, Deo reddantur.

f cap. 26.
g in ſua Parænesi fol. 9.
h cap. 22.
i cap. 10.
k Matth. 22. can. duo ſunt 12. q. 3.

§. 10.

Quod, & ipſi Cæſares ethnica adhuc obcæcati caligine, vt paulo ante eſt dictum, fecere, & libentius executi ſunt alii item Cæſares ſacro baptiſmatis lauacro regeniti, & Chriſtiana imbuti diſciplina. Inter quos Conſtantinus apud Sozomenum *l*: vos Dij eſtis, à vero Deo conſtituti ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite: nobis non licet Deos iudicare. Theodoſius, & Valentinianus *m*. Fas, inquiunt, non eſt, vt diuini muneris miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio. Arcadius vero, & Honorius *n* reſcripſerunt. Quoties de religione agitur, Epiſcopos conuenit agitare: & alibi *o*; Quibuſcunque mota fuerit quæſtio, quæ ad Chriſtianam pertineat ſanctitatem, eos decebit ſub eo iudice litigare, qui Præſul eſt in ſuis partibus omnium ſacerdotum. Lege cauit *p* etiam Marcianus Imperator, vt ſi quid circa morem, rituſq. ſacrorum, & priſtinos canones, quod indigeret interpretatione

l lib. 1. cap. 1.
m l. ult. C. Theod. de Epiſc. & Cler.
n l. 1. C. eod. de religioſ.
o l. ult. C. eod. de Epiſc. iudic. can. 15. 11. q. 1.
p l. 1. C. de ſum. Trinit. & fid. cathol.

ne, orireturꝫ cognitio, & interpretatio eſſet ſacerdotum. Honorius item, & Theodoſius *q* decreuere, vt libri improbatę fidei mandante duntaxat Epiſcopo, cōburi deberent eiuſdemq. ſolius iudicio venerabilem Crucē, & ſanctorum Martyrum reliquias iu Eccleſiis collocari debere ſanxit *r*, Leo. Iuſtinianus prętereà laicis interdixit *ſ* Litanias facere, niſi intereſſent Clerici. Immo profitetur *t* omnia quæ ad Eccleſiarum ſtatum ſpectant, feſtinaſſe ad notitiam deferre Romani Pontificis, & poſt aliqua ſubiungit: Nec enim patimur quidquam, quod ad Eccleſiarum ſtatum pertinet, quanuis manifeſtum, & indubitatum ſit quod mouetur, vt non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati, quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarū. idem Iuſtinianus *v*: maxima quidem in hominibus ſunt dona Dei à ſuprema collata clementia Sacerdotium, & Imperium; & illud quidem diuinis miniſtrans; hoc autem humanis præſidens, ac diligentiam adhibens. Illud eſt, ait Conſtantinus *u*, veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit. Quibus congruit illud Symmachi Papæ: Quis enim, ait *x*, ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attolit? Inquo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci deceſſore præſtantur.

q l. 11 C. de epiſc. audien.

r l. 26. C. eod. de ſum. Trin.

ſ Nouell. 123. §. eib. 1 l. 6. C. eod. de ſum. Trin. & fide cathol.

u Nouel. 6 ſub tit. quō oport. Epiſc.

u l. 1. C. Theod. de Epiſc. iudic.

x can. 1. in fin. diſtin. 40.

§. 11.

Ex quibus liquido cōſtat Principē ſeculi nullam in iis, quæ ad rem ſacram attinent, habere auctoritatem, nullam poteſtatem, imperium nullum: ſed à Deo optimo maximo ſummis Eccleſiæ rectoribus, animarū paſtoribus, & totius Chriſtiani orbis moderatoribus omnino reſeruatam. Vnde Innocentius *y* huius nominis tertius, poteſtas noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo, eius enim vicem in terris gerit *z*. Cuius ſane, tanquam catholicæ Eccleſiæ ab ipſo Chriſto Ieſu *a*, & eius Apoſtolis eruditę, atque a Spiritu ſancto, illi omnem veritatem in dies ſuggerente, edoctæ, capitis eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, prout *b* Patres in ſacroſancta, & œcumenica Tridentina ſynodo aperte declararunt.

Quidquid igitur ſanxerit Ro. Pontifex, vti Apoſtolicę Sedis caput, & Princeps perinde *c* eſt ad vnguem obſeruandum, atque ſi a Beato Petro, immo a Chriſto ipſo con ſti-

y in d. cap. 13. de iudic.

z cap. 2. & 3. de transl. Epiſcop.

a Luc. 22. can. 1. ucr ego pro te 21. diſt. Conc. Trid. ſeſſ 13. in proœm.

b ſeſſ. 4. in Decr de edit. & uſu ſacr. librор.

c in can. 2. 4. & 5. diſt. 19.

ſtituerentur, præciperenturue.

§. 12.

Hinc non immerito infertur, etſi immunitas, qua gaudent ſacerdotes, aliiq. ſacris initiati omnes, ex nouo, veterive teſtamento expreſſe colligi minus poſſit (vt aliqui exiſtimarunt, præcipuæ, Petrus Ferrarienſis *e*, Andreas Alciatus *f*, Didacus Couarruuias *g*, Dominicus Sotus *h*, Ioannes de Medina *i*, & alij recentiores) originem tamen ex iure diuino illam traxiſſe, & credere debent, & teneren tur: ex quo ipſi Pontifices Maximi diuino afflati numine, tum per ſpecialia reſcripta, ſpecialeſq. conſtitutiones, tum per ſacroſancta generalia Concilia in Spiritu ſancto legitime congregata, & per tot Sanctiſſimos Patres celebrata pluries declarauerint eſſe iuris diuini, vtputa Felix j. *k*, ſeu iij. Ioannes item Primus *l*, Nicolaus Secundus *m*, Gregorius primus cognomento Magnus *n*, Alexander Tertius *o*, Innocentius quoque Tertius *p*, Bonifacius Octauus *q*. Item in Concilio generali Lateranenſi *r* ſub eodem Alexandro Tertio cõuocato, & conſummato, in Colonienſi *r*, in Lateranenſi *ſ* ſub Leone Decimo. Denique in Oecumenico Tridentino *s*, omnium nouiſſimo, cui interfuerunt fere, & conſenſerunt omnes non modo Epiſcopi Eccleſiæ occidentalis, vel per ſemetipſos, vel per eorum nũcios, ſeu procuratores, ſed prope omnium etiam orthodoxorũ Regum, Principum, Rerumpublicarũ oratores: in cuius vltima ſeſſione, ac ferme in vltimo ſeſſionis fuit vno animi conſenſu decretum in hæc, quæ ſequuntur verba. Cupiens, ſancta Synodus Eccleſiaſticam diſciplinam in Chriſtiano populo non ſolum reſtitui, ſed etiam perpetuo ſartam tectam à quibuſcunque impedimentis conſeruari, præterea, quæ de Eccleſiaſticis perſonis conſtituit, ſæculares quoque Principes officii ſui admonendos eſſe cenſuit, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus ſanctæ fidei, Eccleſiæ protectores eſſe voluit, ius ſuum Eccleſiæ reſtitui, non tantum eſſe conceſſuros, ſed etiam ſubditos ſuos omnes ad debitã erga Clerum, Parochos, & ſuperiores ordines reuerẽtiam reuocaturos, nec permiſſuros, vt officiales, aut inferiores magiſtratus Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu inconſideratione

e in prax. tit. de cẽſeſſ § plenum, col. 1. f ad c. cum ab homine de iudic. g prac. q. c 31. n. 2 h in 4 ſent. par. 1. diſt. 25. art. 2. i in tract. de reſtit. q. 15. i in victoria relect. de pot. eccl. q. 6 prop. 5. Ledeſma in 4. p. 2. q. 20 ar. 4. verſ. haſitabis Bannes 2. 2. q. 67 art. 1. K can. 3. diſt. 10. l can. 11. diſt. 96. m can. 1. diſt. 22. n can. 41. 11. q. 1. o c 4. de immun. eccl p c. 6. de maior. & obed. q c. 4. de cenſ. lib. 6. r c. 20. de quo in d. c. 4. de maior. et obed. R p. 9. c 20. ſ ſeſſ. 9. s. cap. 20. ſeſſ. 25.

ne

ne aliqua violent, ſed vna cum ipſis Principibus debitam ſacris ſummorum Pontificum, & Conciliorum conſtitutionibus obſeruantiam præſtent. Decreuit itaque & præcepit, ſacros Canones, & Concilia generalia omnia, necnon alias Apoſtolicas ſanctiones, in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præſenti decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere. Propterea q. admonet Imperatorem, Reges, Reſp. Principes, & omnes, & ſingulos, cuiuſcunq. ſtatus, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctius, quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiuſq. patrocinio tecta, venerentur; nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijſq. Dominis temporalibus, ſeu magiſtratibus, maxime miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur; ſed ſeuere in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atq. iuriſdictionem impediunt, animaduertant, quibus etiam ipſemet exemplo ad pietatem, religionem, Eccleſiarumq. protectionem exiſtant, imitantes anteriores optimos, religioſiſſimoſq. Principes, qui res Eccleſiæ ſuæ in primis auctoritate, ac munificentia auxerunt, ne dum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeoq. ea in re quiſq. officium ſuum ſedulo præſtet, quo cultus diuinus deuote exerceri, & Prælati, cæteriq. Clerici in reſidentijs, & officijs ſuis, quieti, & ſine impedimentis cum fructu, & ædificatione populi permanere valeant.

§. 13.

Totum igitur hoc Tridentini Concilij Decretum hic intexere malui, ne lector aliqua impenſa, aut labore illud de facili adinuenire valeret; ſi vero intermitti poſſe putauerit, intermittat, prætermittat, ſed eum admonitum volui, quòd ſi hac in re, ſeù diſceptatione nulla alia extaret Apoſtolica ſanctio, iſta ſatis omnibus deberet facere. Et eo magis, quia celebrationi, vt prænarratum eſt, ipſius Synodi ne dum interfuerunt oratores Principum, atque illi (etſi eorum conſenſus non vtique erat [t] neceſſarius) conſenſerunt: verum in ſuis quoque regnis, Principatibus, atque dominijs publicare curarunt, atque vt obſeruaretur, operam darent, iuſſerunt. Atque inter alios pijſſimi, & religioſiſſimi Dux & Senatus Venetiarum, anno poſt con-

[t] *actione 3. Chalcedonenſi Synodi in Antioch. c. 12. de quo in can. 2. 21. q. 5. in 8. Synodo c. 17. Abbas in q. incipiente. Epiſc. n. 26. Felin. ad c. Apoſt. de except. late dixi lib. de ſacr. immunit. 2. c. 12. & lib. 3. c. 11. nu. 26. cum ſeqq.*

confirmationem à Pio iiij. factam, hoc eſt 1564. die 16. Octobris. Hieronymo Priuli tunc eiuſdem inclytæ Reip. Principe. Nam in Conſilio, vt vocant, Rogatorum collecti, præuia fidei profeſſione ſuper obligatione, qua omnes Orthodoxi Principes Oecumenicorum Conciliorum Decreta obſeruare tenentur; nominatim, & expreſſe acceptarunt, atque in omnibus ſuis dominijs publicari, à ſuiſque Rectoribus, Poteſtatibus, Gubernatoribus, & omnibus alijs magiſtratibus ſeruari præcipiendo mandarunt, atque inſuper decreuere; vt ſi nondum Concilium ipſum eſſet in tota Veneti Imperij ditione publicatum, vel cum Patriarcha, vel Archiepiſcopo, ſeu Epiſcopo, ſeu alijs Eccleſiarum Prælatis, quibus ea præcipuè cura incumberet, curarent, agerent, vt idem Concilium publicari facerent, & pro debita illius executione omne auxilium, & fauorem præſtarent.

Quare mihi placet mirificè ſententia *a* gloſſæ aſſerentis, ſacerdotes, ſeu Clericos ante omnem humanam conſtitutionem fuiſſe, & eſſe à iuriſdictione ſecularium Principum omninò exemptos. Conſtitutiones verò, quæ ſubſequutæ ſunt, non ad exemptionem pertinere, ſed ad diuini iuris declarationem.

a ad c. 11. verb. diſcuti vbi omnes 96. diſt. & ad c. 4. verb. diuino, ubi etiam omnes de conſib. lib. 6.

Neque enim videbatur habere dubitationem: cùm Deus met apud Pſalmiſtam diceret. *b* Nolite tangere Chriſtos meos, hoc eſt *c* ſacerdotes, quaſi vnctos. Qui paſſim in ſacris paginis Dij appellantur. nam Moyſes *d*, Applica illum ad Deos, id eſt Sacerdotes, & paulo poſt, Dijs non detrahes; nempe ſacerdotibus. Et Malachia *e*, labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. At ſi Deus, & Angelos, & Deos appellat, quos etiam appellaſſe videtur Chriſtus cum diſcipulos interrogaret, *f* quem dicunt homines eſſe filiũ hominis, & poſtea adderet, & vos quem me eſſe dicitis, qui homines, vt eleganter notat *g* S. Hieronymus, non eſtis, ſed Dij. Idque faſſus *h* eſt Imperator Conſtantinus, vos Dij eſtis, & à vero Deo conſtituti. At verò ſi Dij ſunt, atque ita à Deo omnium factore, & domino dici meruerunt, quo iure, aut qua iniuria poſſunt mortalibus, & profanis ſubijci hominibus?

b pſal. 104.
c cap. 1. §. quia vero de ſacr. unct.
d Exod. 22.
e cap. 2.
f Matth. 16.
g ad d. Matth. 16.
h apud Sozome. lib. 1. c. 2. & in can. 41. 11. q. 1.

Nam, & Chriſtus eos eſſe ab omni humano iudicio exẽptos

ptos tunc etiam manifeſtauit, dicens, *i* Reges terræ à quibus accipiunt tributum à filijs ſuis, an ab alienis? accepto autem à Petro reſponſo, ab alienis, Chriſtus concludens, inquit, Filij ergo liberi ſunt. Quod, & Ciuilis, naturaliſq. ratio ſuadet.

Si enim Principibus ſæculi eſſent ſubiecti, nec muneri ſuo ea, qua decet, cura incumbere poſſent, nec Apoſtoli mandatum *j* diligenter exequi. Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus. Idem fere dicere voluit Paulus iuriſconſultus, etſi ethnicus. Sacerdotio, inquit *k*, obueniente videbimus, an cogatur arbiter ſententiam dicere. Id enim non tantum honori perſonarum, ſed maieſtati Dei indulget, cuius ſacris vacare, ſacerdotes oportet. Nec profuiſſet eiſdem interdixiſſe *l* forum ſeculare, admonẽs. Neſcitis, quoniam Angelos iudicabitis? quanto magis ſecularia? Nec vera eſſet illa iuris *m* vulgatiſſima regula, par in parem nullam habet iuriſdictionem, quæ cum indubitata ſit, tum dubitare ridiculum eſſet, quod inferior in ſuperiorem vllam haberet auctoritatem, poteſtatem vllam. At ſacerdotes ex prænarratis manifeſtè apparet longè omnibus temporalibus poteſtatibus maiores eſſe, cum iſti *n* illis non præeſſe, ſed parere teneantur.

§. 14.

Hinc huiuſmodi exemptionem iuris diuini, non æque humani poſt *o* gloſſam tenere Oldradus *p*, Cardinalis *q*, Panormitanus *r*, Felinus *ſ*, Rota *t*, Decius *u*, Aufrerius *x*, Grammaticus *y* in Neapolitanis deciſionibus, & Vaſquius *z* Hiſpanus in tractatu de ſucceſſionum creatione, hancq. eſſe communem opinionem auctores ſunt idem Felinus &, Rochus *a* Curtius, Rebuffus *b*, Iulius *c* Clarus, & ego *d* vbi omnibus in contrarium facientibus copioſe reſpondi. Immo probo *e* idem iuris eſſe de bonis, atque de perſonis, bona ſcilicet Eccleſiaſtica perinde, ac perſonas ipſas immunitatum gaudere priuilegio, nec à ſeculi Principibus, nec à ſummis Eccleſiarum Rectoribus, ſed a Deo optimo maximo eiſdem bonis conceſſo. Hanc quoq. eſſe frequentiorem interpretum ſententiam præcitati

i Matth. 17.

j 2. ad Thim. 2.

k in l. non diſtinguemus § ſacerdotio ff. de recept. arbitr.

l 1. ad Cor. 6.

m l. ille à quo §. tempeſt. ff. ad Trebell. l. nam magiſtratus. ff. de arbitr.

n can. 11. diſt. 96. c. 4. de maior. & obed.

o ad dd. can. 11. & c. 4. p conſ. 83. n. 5. q ad c. perpendimus 7. oppoſit. de ſent. excom. r ad cap. Eccl. S. Marię de conſt. & ad c. at ſi clerici n. 23. de iud. ſ ad d. cap. Eccl. t deciſ. 10 de conſuet. in antiquior. u ad d. c. Eccl. nu. 13. x Ad clem. 1. verſ. ad q. de offic. ord. & ad cap. 2. de maiorit. & obed. y in deciſ. 61. numer. 10. z libr. 2. §. 22. limit. 28. a ad c. ult. de conſ. b in concord. rubr. de protectione c in practic. crim. § fin. q. 36. in princ. d lib. de ſacr. imm. lib. 3. c. 15. nu. 15. cum ſeqq. e eod. lib. c. 15. nu. 18. cum ſeqq.

citati Doctores teſtantur, quã fulciri volunt ex auctoritate ſacrarum ſcripturarum, librorum videlicet Geneſeoſ *f*, & Eſdræ *g*, qui, & in Concilio *h* Lateranenſi ſub Alexandro iij. ita videntur declarati, & à Bonifatio 8. *i*. cõfirmati.

Qui vero contrariam tuentur opinionem, de quibus ſupra, præſertim Didacus *j* Couarruuias, qui alios refert, & ſequitur, poſt multa concludit, ſummum Romanum Pontificem potuiſſe Clericos, eorumq. bona à ſeculari iuriſdictione, & imperio eximere, & ita Chriſtianæ reipublicæ conueniens fuiſſe, cumque eadem tota Chriſtiana reſpublica, & ipſimet ſeculi Principes in hanc exemptionem, ſeu immunitatem conſenſerint, eam hodie nec reuocare, nec illi propriis legibus, propriaue auctoritate derogare poſſunt. Nam S. quoque Thomas, & ſi non expreſsè fateatur eſſe iuris diuini, dicit tamen *k* habere æquitatem naturalem. Immò in ſuo de Regimine Principum *l* tractatu apertiſſimis verbis tradit iuris eſſe diuini, prout tenuere alii Theologi, vt Ioannes *m* Bacconus, Almainus *n* Briedonus *o*, Silueſter *p*, Angelus *q*, & recentiores alii. Illi verò ſuperius citati, qui contrarium tueri videntur, non etiam diſſentiunt à Didaco *r* Couarruuias, videlicet Sotus, Victoria, Leſma, & Bannes, vt Romanus Pontifex ſumma illa poteſtate à Deo tributa potuiſſe clericos eximere, etiam contra voluntatem Principum temporalium, prout iam aſſeuerauerat *ſ* Innocentius.

Quinimo receptum quidem eſt eundem ſanctiſſimum Pontificem haud poſſe hanc libertatem, vel immunitatem à ſacro ordine auferre, & in vniuerſum tollere, ita vt Clerici poſſint coram profanis iudicibus conueniri. Ita opinati ſunt Cardinalis *t*, Abbas *u*, Romanus *x*, Grammaticus *a*, Decius *b*, Iacobatius *c*, Surdus *d* à quibus non videtur alienus idem Didacus *e*, non ex illa ratione, qua ij omnes mouentur, quòd à iure diuino proueniat immunitas, ſed quoniam maxima fieret ſacro ordini iniuria, diminueretur diuinus cultus, diuina vileſcerent miniſteria, euerteretурq. penitus ſacroſancta illa ſacerdotum, totiuſque clericalis ordinis dignatio, & maieſtas, à tot religioſiſsimis Imperatoribus, Regibus, & Principibus iam ab initio naſcentis Eccleſiæ militantis hucuſque pluribus priuilegiis ornata, aucta, & communita.

f cap. 47. g Eſdr. 7.
h c. 20. de quo in c. 4. de immunit. Eccl. i in c. 4. de cenſib. lib. 6.
j cap. 31. num. 4. pract. qu.

k ad cap. 13. ad Roman. lect. 1.
l in libr. 3. cap. 10. m in 4. qu. 11. prol. artic. 4.
n in tract. de ſupr. poteſt. eccl.
o lib. 1. de libert. Chriſtian. cap. 9.
p verb. immunit. n. 33. verſ. 11.
r ind. c. 31. n. 4. pract. q. ſ ad c. 2 de maio. & obed.
t u ad cap. perpendimus de ſen. excom. x in ſuo ſingul. verb. Pap.

a in d. deciſ. 61. n. 10. b ad cap. eccl. S. M. nu. 13. de conſt. c. in tra. de conc. lib. 10. art. 6. d in conſ. 301. n. 53. e in d. c. 31. n. 4.

§. 15.

Quæ licet vero veriora ſint, non mihi tamen diſplicet id etiam non effici poſſe; quando à Dei ordinatione proficiſceretur exemptio. Quamuis enim ius diuinum, perinde atque naturale, immutabile ſit: non ſequitur tamen, quin nequeat per ſummum catholicæ Eccleſiæ Antiſtitem vtilitatis publicæ gratia, & commodo adiuuari, & ſuppleri opportunis interpretationibus, ſicut de Prætoribus reſponſitarunt iuris auctores Papinianus *f*, & Vlpianus *g*, quoad ius ciuile, quod neque in totum a naturali, vel gentium recedit, neque ei per omnia ſeruit. Addi quoque poteſt alia non inelegans ratio, quia Romanus Pontifex Apoſtolicæ Sedis Princeps, vt Chriſti Vicarius, quod facit, non vt humanus Princeps facere videtur, ſed vt Deus ipſe; cum *h* non puri hominis, ſed veri Dei vice in terris fungatur.

Mihi igitur dubium non eſt, quin ipſe Papa, vniuerſalis Eccleſiæ caput ſolus poſſit abſque vlla iuris diuini læſione, & abſque vllo peccati reatu quoties viderit expedire ſacræ, & politicæ Chriſtianæ reipublicæ ipſam immunitatem ſacro ordini conceſſam in aliqua ſui parte comprimere, & reſtringere; vel quoad quoſdam clericos; vel quoad quaſdam cauſas: Siquidem tunc, & eo caſu videtur Principibus ſecularibus, aut eorum iudicibus eiſdem in cauſis ſuas vices committere. Nam qui mandatam ſuſcipit *i* iuriſdictionem, nihil proprium habet, ſed eius, qui mittit, iuriſdictione vtitur. Iuris autem certiſſimi eſt cauſas clericorum iuſtè laicis iudicibus committere fas eidem Romano Pontifici eſſe, vt teſtatum reliquit gloſſa *k*, quam ſequuntur *l* Iaſon, Felinus *a*, Vaſquius *b*, de ſucceſſionum creatione. Neq; mirum videri debet, cùm vni etiam laico queat dare facultatem conferendi beneficia Eccleſiaſtica, vt ſcripſerunt gloſſa, *c* Felinus *d*, Ioannes Andreæ *e*, Ancharanus *f*, Dominicus *g*, & *h* alij. Item Baldus *i*, Crofettus *k*, Boerius *l*. Immo, & mulieres ex priuilegio ipſius Romani Pontificis poſſunt conferre præbendas, aliaque id genus beneficia, vt pluribus in Pontificalibus *m* conſtitutionibus apparet manifeſte, quod etiam reſpondit *n* Cardinalis Zabarella, & ſcripſit *o* Albericus, quærens, an Imperator poſſit conferre beneficia Eccleſiaſtica. Sed mihi videtur optime dixiſſe Rebuffus in tractatu *p* de Nominatione,

f l. 7. §. ius prætorium. ff. de iuſt. & iure. *g* l. 6. eod.
h cap. 2. & 3. de translat. Epiſc.
i l. 1. §. qui mandatam, ff. de offic. eius l. ſolet 16. ff. de iuriſ. om. iu.
k ad cap. 2. vbi notant omnes de iud: c. ad rubr. de offic. eius et ad. l. eſt receptum n. 4. verſ. non obſtat ff. de iur. om. iud.
a ad cap. 2. num. 3. de maior. & ob.
b lib. 2. §. 22. limit. 28.
c an. imperium in fin. diſtin. 10.
d ad c. dilecto, & ad c. cauſam n. 6. de præſcr. & ad c. 2. n. 3. de maio.
e ad ſpeculat. de leg. 8. nũc tract. verſ. ſed nunquid, & ad c. 2. de preb.
f *g* *h* ad d. c. 2.
i ad l. reſcripta, col. 3. ante med. C. de precib. Imp. offer.
k in tract. de pot. regia. q. 34.
l. deciſ. 32. n. 8.
m c. dilect. de preb. c. dilecto de teſtib. c. 15. cui de prebe. lib. 6.
n conſ. 126
o ad l. bene à Zenone, col. 3. C. de quadrien. præſcri.
p q. 15. n. 9. cũ ſeq.

ne, quòd licet ex priuilegio poſſint laici conferre beneficia *q* Eccleſiaſtica, conferrendo tamen beneficium non tribuere aliquod ius ſpirituale, quia illud ipſe non habet, ſed prouiſus, aut inueſtitus conſequitur ius ſpirituale à conſtitutore, vel ab alio miniſtro Eccleſiaſtico. Quod eſſe notabile pro Rege Franciæ adnotarunt Bonifacius *r*, & Ioannes *ſ* Andreæ. Et ſi hodie non ſolet hæc ſancta Apoſtolica ſedes cauſas non modo ſpirituales, ſed meras etiam ciuiles, & omnino profanas, ne dum laico, verum nec quidem omnibus clericis, ſed ijs dumtaxat, qui ſunt ex Bonifaciana *t* conſtitutione in dignitate eccleſiaſtica conſtituti, aut perſonatum, aut canonicatum in cathedr. Eccl. obtinent.

§. 16.

Sunt ergo laici, etiam ſupremi Principes de ſui natura rerum omnium ſacrarum, ſeu ſpiritualium omnino incapaces. Quare licet *a* gloſſa, quam ſequutus eſt Cardinalis *b*, & Cardinalem Rota *c* dixerit, laicos, quamuis habeant, aut habere poſſint curam pauperum, & hoſpitalium, non habere tamen poteſtatem clauium, vt animarum curam valeant exercere. At ſi quidquam habent, vt interdum ſe habere autumant, non aliter quidem habent, atque ex priuilegio Apoſtolico, cuius quippe tanta eſt *e* auctoritas, vt rei incapaces capaces faciat. Immo longè plus operatur, quam conſuetudo, cuius licet inueteratæ vi lis non ſit auctoritas, & immemorabilis *f* æquiparetur ipſi priuilegio, priuilegium tamen duobus in caſibus præualet, vt in repetitione cap. Raynutius, rectè obſeruauit *g* Gugliermus Benedictus, Primo, vbi eſt in capacitas poſſidentis, quia cnſuetudo eum non poteſt facere capacem, ſecundo, vbi conſuetudo à iure improbatur, tunc longè maioris efficaciæ priuilegium *h*, prout ſcribit gloſſa, *i* quam alij ſequuntur, habetur.

Nihilominus priuilegium contra ius commune obtentum, ſtrictiſſimè venit interpretandū, cum tantum diſponere videatur, quantum expreſsè loquitur; prout reſponſitarunt *k* iuriſconſulti, ſanxerunt *l* Imperatores, reſcripſerunt *m* Pontifices, & declararunt vtriuſq. iuris interpretes, præſertim Ioannes *n* ab Imola, Baldus *o*, Alexander *p*, Iacobus *q* Puteus & alii. Maximè quando conceduntur

q can. Adrianũ 63. diſtin. ad cle. vnic. col. penul. de conceſſ. prabend. ſ. ad c. acced. de prab. *t* in c. ſtat. in princ. de reſcr. in 6.

a ad clem. quia contigit verb. ſecular. verſ. de laicis de relig. dom. 6. *b* ibidem §. vt autem. nu. 1. *c* deciſ. 725. n. 9. Diuerſ part. 1. *d* tot. tit. de priuil. *e* cap vlt. de conſuet. *f* l. hæc iure §. ductus ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. in fin. ff. de aqu pluu. arcend. cap. ſuper quibuſdam verb. nō extat mem. de verb. ſign. *g* de teſtam. v. vb. vxorem nomine deciſ. 2. nu. 169. *h* c. 4. de. offic. archid. item illo c. qua in Eccleſiarum de conſuet. *i* ad clem. 1. de priu. & ad c. 51. Epiſcop. in verb. conſuet. de pœnit. & remiſſ lib. 6. *k* l. cũ ſingulare, l. quod vero ff. de legib. *l* in l ſi ſi quando C. de inoffic teſtam. *m* cle. 1. & ibi gloſſ. & Card de cenſ. clemen. 2. § final. ubi etiam Card. de priu. *n* ad l. etiam ff. ſolut ma tr. *o* ad l. hum. C. de impub. & alijs ſubſti. *p* ad l. liber. ff. de uerb. ſignif. & conſ. 3. ſub n. 2 lib 2. *q* deciſ 66.

duntur ſummis Principibus, quia ſunt odioſa, vt aiunt Rebuffus *r* ſuper concordatis, Felinus, *ſ* & Decius *t*, ideo veniunt interpretanda, vt minus per illa communi iuri, & & ſuperioritati Pontificiæ intelligatur derogatum; vt poſt Decium *u* tenuit Rota teſtimonio Caputaquenſis. Quamobrem ſi quid eſt in priuilegio ſingulare, ſiue ſpeciale in vno caſu non ſequitur ſpeciale in alio, vt poſt Alexandrum *a* aſſeuerauit Tiraquellus *a* in ſuo tractatu de Retract. lignagier.

At quando datur, quod raro fit, priuilegium Principi temporali, vt de cauſis clericorum poſſit cognoſcere, dubium non eſt, quin ſit prorſus odioſum, & iuris communis diſpoſitioni omnino contrarium, cum clerici ſuos habeant Præſides, ſuos Præſules, ſuos Prætores, alioſq. proprios magiſtratus, vt pluribus iam fuit oſtenſum, & Apoſtolus præter id, quod ad Corinth. ſcripſit *c* clericis forum interdicendo ſeculare, Timotheum eius diſcipulũ, & Epheſi Epiſcopum admonens *d* dicit, Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus. In concilio generali *e* Calcedonenſi, ſi clericus aduerſus clericum habeat negotium, non relinquat Epiſcopum ſuũ, & ad ſecularia non recurrat. In Agathenſi *f*, Clericus nec quemquam præſumat apud ſecularem iudicem, Epiſcopo non permittente, pulſare. Etſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio ſeculari proponere in Carthaginẽſi. Tertio Placuit, quiſquis Epiſcoporum presbyterorum, diaconorum, ſeu clericorum, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia locum ſuum amittat, & hoc in criminali actione: in ciuili perdet, quod euincit. Dies non ſufficeret, ſi in medium afferre vellem, quæ, & in Concilijs, & à Pontificibus conſtituta ſunt. ſed videri poterunt, quæ concinnauit Gratianus *h*, & quæ habentur in libris *i* Decretalium.

Vnde ſi priuilegia diriguntur ad vnam perſonam, vel ad vnam Eccleſiam, vel ad vnam Prouinciam, non ad alias Prouincias, non ad alias Eccleſias, non ad alias perſonas *k* trahuntur. Si pro certis delictis conceduntur, non poſſunt *l* ad alia, præſertim minora extendi. Si ſimpliciter ad Clericos non pretrahitur, ad Sacerdotes, præcipuè *m* ad eos, qui

nu. 4. lib. 2. r ad ti. de Reg. ad præl. nomin. in princ. in gloſ. verb. Cat. ſ ad cap cauſam quæ nam 13. de reſcript. t conſ. 213. in princ. u conſ. 312. in fi. x deciſ. 84. par. 2. a in l. ſi pecuniam C. de negot. geſt. b §. 1. nu. 97.

c 1. cap. 6.

d 1. cap 5.

e can. 9.
f can. 32.
g can. 9.
h pluribus in locis, ſed præcipuè 11. q. 1. à can. 2. uſque prope in fi.
i tot. fere tit. de iudic. & de for. compet.
k can. periſti 7. qu. 1 can. quædã lex §. quod ſcripſi 38. q. 3. l. 2. C. de leg. & conſt. c. ſedes de reſcript. c. quia periculoſum de ſent. excomm. lib. 6. Abbas ad cap. cũm ſibi n. 4. ubi Hoſtien. & Butr. de verb ſig.
l cap. capella 5. quo circa de priuil. m in cap. ſtatutum de elect. lib. 6

qui ſunt in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. Nam quoties requiritur ſpecialis expreſſio, non ſufficit generalis quibuſcunq. *n* verbis concepta ſit.

Hinc non malè exiſtimauit *o* Cardinalis priuilegium ſororibus minoriſſis conceſſum de non ſoluendo decimas de bonis acquiſitis, & in poſterum acquirendis non extendi ad magnas poſſeſſiones in vna parochia acquiſitas, de quibus decima Eccleſiæ parochiali ſoluebatur, ita vt illi Eccleſiæ enorme fieret præiudicium. Cuius opinioni adhæſit, & Paulus *p* de Caſtro, qui etiam voluit priuilegio, ſeu Principis beneficio, quando ex poſtfacto incipit effici iniquum, non eſſe ſtandum, à quo non receſſit *q* Rota, non enim cenſetur eſſe de voluntate Principis, vt ei ſtetur cum alterius præiudicio, multò minus in caſu, quo de agitur, cum inferatur præiudicium non vni ſoli, ſed toti ſacro ordini, in cuius fauorem introducto iuri clericus renunciare *r* minus poteſt, præſertim in criminalibus, vbi agitur de correctione, & punitione perſonali nec tacite, nec expreſse, vt Caſſaneus, *ſ* Nicolaus *t* Beerius, Ioannes *u* Rupellanus adnotarunt, & Philippus *x* Decius ita iudicatum fuiſſe de iure reſpondendo teſtatur.

§. 17.

Et quanquam negari non poſſit, quin priuilegium præualeat conſuetudini duobus in caſibus, vt in præcedenti quæſtione eſt probatum, non inutile tamen erit videre: an iſta clericorum exemptio longæua conſuetudine poſſit præſcribi. Et videtur non poſſe, ſiue huiuſmodi exemptio ab ordinatione diuina proueniat, vt prouenit, ſiue à iure poſitiuo emanet, quia eſt impræſcriptibilis, vt ait Ioannes *z* Lupus, & poſt alios etiam reſpondit & Ioannes Petrus Surdus.

Eſt enim iſta exemptio, ſiue immunitas, ſeu eccleſiaſtica libertas quid ſpirituale, ſpiritualia autem à laicis præſcribi nec poſſunt, nec introduci *a* conſuetudo, vt valeat, etiam ſi de eius initio non extaret memoria, vt adnotauit *b* Ioannes Andreæ, & tenuit *c* Rota. Nec videtur prodeſſe ſummi Pontificis tolerantia, aut conniuentia, argumento eius, quod reſcripſit *d* Innocentius iij. Epiſcopo, & Canonicis Tornacienſibus. Quod innuere etiam videtur Innocentius iv. ad rubricam de conſuetudine *e* ſcribens,

n gloſſ. per eund. textum ad c. inquiſitores verb. expreſsè de here. lib. 6. cap. qui ad agendum, & cap. qui general. de procurat. lib. 6.
o ad clem. 1. nu. 10. q. 18. de conſ. & ad c. ſuggeſtũ ante mediũ verſ. quæro in eo de decim.
p ad l. ex facto n. 1. ff de vulg. & pupill.
q deciſ. 83. n. 10. in fin. diuerſ. p. 2
r c. 4. in princ. de iudic. cap. 12. & 18. de for. compet. vbi ad vnum omnes notant.
ſ in conſuet. Burg. rubr. 1. §. 1. verſ. archidia. nu. 40.
t in conſuet. Bitur. tit. de iuriſd. §. 11 in fin.
u lib. 4. forenſ. inſtitut. c. 6.
x conſ. 241.
z in tract. de lib. eccleſ. 1. c. 6. nu. 3. & conſ. 301. n. 24
a c. Meſſana de elect.
b ad c. 2. de præb. lib. 6.
c deciſ. 10. de conſuet. in antiqu.
d c. iamdudum in fin. de præb.
e num. 10. in fin. & ad cap. nihil de præſcript.

f c. clerici 8. de iudic. vbi omnes.

g ad d. c. clerici verb. conſuetud.

h i k l m ad l. rem non nouam C. de iudic. & ad l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.

n deciſ. 2. in antiquit. o ad c. cum laicis n. 11.

p deciſ. 69. n. 20. q ad clem. 1. nu. 86. verſ. non videtur de offic. ordin. r ad d. cap. Raynutius verb. uxorem nomine n. 322. r in tra. de retract. libr. 1. §. 32. n. 81. & 82. ſ in c. 31. n. 5. in fine t deciſ. 69. n. 20. in fine. u d. c. 31. n. 5. in fine.

x libr. 5. z in can. Adrian. cum ſequ. 63. diſt. a can. ego Ludou. ead. 63. diſt.

b in d. verb. uxorẽ deciſ. 2. n. 169

c deciſ. 32. nu. 9. verſ. & ibi gloſ. d ad pragmati cam ſanctionem titul. de annatis ad verb. regalia.

bens, præſertim in criminalibus, vt expreſſe pontificia *f* conſtitutione, ad quam omnes adnotare ſolent, cauetur. Quia cum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, iuri ſcripto non poteſt præiudicium inferre, vt tenuit *g* gloſſa, quam noſtri vnanimes ibidem ſequũtur. Item Accurſius *h*, Petrus *i* de Bellaper. Cynus *k*, Bartolus *l*, Baldus *m*, Rota *n*, & Hoſtienſis *o* in tit. de rebus Eccl. non alienand.

§. 18.

Maior hæſitatio eſt in cauſis ciuilibus, propterea quod in Gallia vſu videtur receptum, vt debeant coram ſecularibus iudicibus conueniri, vt teſtantur prope omnes Galli Doctores, & præcipuè Boerius *p*, Aufrerius, *q*, Guiliermus *r* Benedictus, & alii, quos citant Tiraquellus, & Didacus *ſ* Couarruuias. Quamuis præcitati fere omnes Galli libere fatentur de iure veriorem longe eſſe contrariam opinionem, & Boerius *t* dicit illam eſſe nimis duram, ſed cum ſim, inquit, de corpore Curiæ, nolo Regni conſuetudinem impugnare. Sed quidquid dicant omnes, veritas eſt, vt id minime operetur conſuetudo, ſed quod iam ab initio fuerit ex aliquibus iuſtis, & legitimis cauſis, (ob quas fieri poſſe tradit Couarruuias *u*, etſi ait in Hiſpania nunquã talis praxis fuit admiſſa) ab hac ſancta ſede religioſiſſimis, & erga ipſam ſedem fermè ſemper obſequentiſſimis Regibus indultum. Quod mirum videri non debet, cum aliquando illis fuerit conceſſa ipſius ſummi Pontificis electio, vt legi poteſt apud Iuonem *x* Carnotenſem, & Gratianum, *z* etſi poſtea eidem iuri, ſeu beneficio renunciauerit *a* Caroli Magni filius Ludouicus, & ſi mihi verior videtur doctiſſimi viri, & Cardinalis ampliſſimi Baronij opinio, qui in Tomo 9. annalium fol. 323. nunquam Imperatores tale habuiſſe priuilegium, memoriæ mandauit.

Et vlterius mouet me vehementer, quod idem Guliermus *b* Benedictus ſcriptum reliquit, videlicet eundem Regem Franciæ plura habere priuilegia tam in rebus Eccleſiæ, quam clericorum (quorum priuilegiorum meminit idem Boerius, *c* atq. etiam Guymerius ampliſſimi Pariſiorum Senatus Præſes narrat *d* in euſterio, & tabulario regiarum rationum aſſeruari de his rebus Diplomata Pontificum, quibus multum ius Regi Franciæ tributum eſt) De quibus quidem priuilegijs, vti exerceri conſuetis, aut eorum

rum

rum aliquibus, vbi aliter non conſtaret, niſi per famam in toto Regno volantem certe ſufficere videretur. Ideò allegata cum vſu temporis immemorabilis ſufficienter probarent ipſa priuilegia, vel eo præcipue, quia huiuſmodi conſuetudinem ipſe ſanctiſſimus Pontifex ſciat, & toleret de Rege Franciæ. Immo illa duo videlicet fama, & tempus immemorabile ſimul iuncta vim habent priuilegij per habentem poteſtatem conceſſi, etiam in ijs, quorum ſunt laici incapaces, eiuſdē Ioannis Andreæ, Panormitani, & aliorum *e* teſtimonio, quos tamen tempus immemorabile capaces non redderet, vt ijdem Ioannes *f* Andreæ; & Abbas *g* dixerunt, quoniam Eccleſiæ libertas, vt ex Ioanne *h*, Lupo ſuperius narrabatur, eſt impræſcriptibilis.

Sed quod diximus, de electione Romani Pontificis ex Baronio, idem plane dici poſſet de alijs priuilegijs, vt potius ſint conficta, quam vera, cum nobis minime de ijs conſtet quidquam manifeſte, niſi ex prænarratis. Vnde dici haud male poſſet vſurpatio, cum non intret præſcriptio, etiam immemorabilis.

e ad c. cum Apoſtolica de ijs quæ fiunt à prel. ſine conſ. c. f ad c. 1. de reſcr. lib. 6. g ad c. cauſam de praſcr. & ad c. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſign. h in d tra. de liber. eccl. p. 1. c. 6. n. 3. i c. 44. de quo in c. cum laicis de reb. eccl. alien. uel non K ſeſſ. 9. in general. conc. l. ſeſſ. 10. m ſeſſ. ult. c. 20.

Siquidem damnata ſemper fuit à ſacris generalibus Concilijs, vt apparet in Concilio *i* Lateranenſi ſub Innocentio iij. quod per eminentiam generale dicitur, in Conſtantienſi *k* Lateranenſi *l* quoque ſub Leone x. ac denique in Tridentino *m*. Et quando eſſet præſcriptioni locus, qui ex prænarratis nullo modo eſſe poteſt, ſingulis annis interrumpitur per proceſſum Bullæ, quæ in Cœna Domini appellatur, quod in die Iouis hebdomadæ ſanctæ vno quoque anno publice, adſtantibus non ſolum ipſo ſummo Pontifice, ac toto ſacroſancto Cardinalium Senatu, omnibuſque Eccleſiæ Prælatis, ac propè vniuerſo populo, verum omnibus etiam Imperatoris, Regum, Principum, & Rerumpublicarum oratoribus, publicari ſolet, adeo, vt Principes laici ſe tueri, aut excuſare minus valeant prætextu immemorabilium conſuetudinum, ſi contra immunitatem Eccleſiaſticam quidquam agere, aut mali aliquid velint moliri. Ita enim cauetur expreſse *n*, Necnon conſuetudinibus, ac prçſcriptionibus quantuncumq. longiſſimis, ac alijs quibuslibet obſeruantijs, ſcriptis, vel non ſcriptis per quæ contra hos noſtros proceſſus, ac ſententias, quo minus includantur in eis ſe iuuare valeant, vel tueri. Quæ omnia

n circa finem verſ. non obſtant.

quoad

quoad hoc eorum omnium tenores, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæteris contrarijs quibuſcunque.

C A P. V.

HIſce igitur iactis fundamentis, quæ adeo ſunt altiſſimis defixa radicibus, vt nec frangi, nec quidem de ſuo loco, quouis ventorum flatu agitari, aut moueri poſſe videantur, ſuper eſt videre, an Dux, & Senatus inclytæ, & Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ à Sanctiſſimo D. N. diuina prouidentia Papa Paulo V. fuerint iure merito admoniti, obiurgati, repræhenſi, ac tandem magno animi ſui dolore flagris cenſurarum Eccleſiaſticarum verberati. Conqueruntur enim, non iure, ſed maxima affectos eſſe iniuria, quia cum iam ab initio exurgentis Reipublicæ liberi fuerint, & nullius poteſtati exiſtant obnoxij, ſibi videntur omnia, quæ lubent, licere, in ijs præſertim quæ ad optimum ſuæ Reipublicæ ſtatum pertinent, de quibus nulli reddere rationem ſe teneri arbitrantur, atque ideo ſibi ius eſſe, ſumma cum auctoritate coniunctum leges cōdendi, & Decreta faciendi contra quoſcunque cuiuſuis gradus, & ſortis, in eorum dominijs exiſtentes.

Ad quæ in primis reſponderi poſſet, id non aliter atque de iure liberi Principatus intelligi oportere, non æquè de poteſtate illa ſacra à Deo optimo maximo immediate prouueniente, cui omnes Chriſtiani orbis Principes diuina ordinatione ſubijciuntur, vt ſuo loco difuſe *a* fuit dictum.

a ſupr. cap. 4. §. 2 & 3.

§. 1.

Si quidem reuocari etiam haud temerè in dubium poſſet, num iure exempti ſint à Cæſarea ſubiectione, cum omnia ex iuris communis diſpoſitione ſupremi dominij, & iuriſdictionis ratione ad Imperatorem pertinere dicantur ex vulgato illo Antonini *b* Pij, & Iuſtiniani *c* conſtitutionibus, eſſe ſcilicet totius mundi Dominum. Idque annis ante pluribus Nero Imperator ex L. Annæi Senecæ enarratione pronunciauit, dicens *d*, Ego ex omnibus mortalibus placui, electuſq. ſum, qui in terris Deorum vice fungerer. Ego vitæ, neciſque gentibus arbiter, qualem quiſque ſortem

b l. deprecatio ff. ad leg. Rhod. de iactu C. l. 1. de ſum. trin. & fid. cath. & l. bene à Zen C. de quadr. præſcript. ubi notans omnes D. lib. 1. cap. 1. in princ. de Clem.

tem

tem ſtatumq. habeat, in manu mea poſitum eſt. Et poſt aliqua addidit, Quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, quorumq. capiti regium circumdari decus oporteat, quærant Vrbes, quæ orian-tur, mea iuriſdictio eſt. Ita quoq. ſenſerunt omnes ad præ dictas *e* Iuſtiniani conſtitutiones, & præter illos Bartolus *f*, Baldus *g*, Alexander, *h*, Ioannes Igneus *i* in ſua diſ putatione, An Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem, Antonius k Corſettus in tractatu de poteſtate regia; Felinus *l*, Chaceranus *m*, Surdus *n*, & alii, quos non eſt o-tii enumerar. Faciuntq. *o* reſponſa Vlpiani, & Pauli, ex quibus ibidem Bartolus ſcribit nullibi melius poſſe probari Imperatorem eſſe Dominum totius orbis de iure, quā ſane Bartoli aſſertionem, vt rem valde ſingularem notat Iaſon *p*. Extra mundum enim nec eſt illa ciuitas condi-ta, nec ex nihilo conflata, ſed ex reliquiis, vt eleganter monumentis conſignauit *q* Gaſpar Contarenus Patritius Venetus, Patauii, Aquileiæ, Opitergii, Concordiæ, Altini, aliorumq. oppidorum nullius fere nominis in littore illius Adriatici maris penes æſtuaria iacentium tempore Hunni, duce Attila totam oram Venetam, inſignem Italiæ Prouinciam igne, ac cedibus vaſtante.

Et cum in territorio Imperij, & ex eius ſubditis ſit conſtituta, tum videtur illi ſubiecta argumento eius, quod reſcripſerunt *r* Diocletianus, & Maximilianus, & conſtituit Iuſtinianus *ſ*. Inimo, & eiuſdem Iuſtiniani temporibus fuiſſe etiam tributariam Gothorum Regibus, Italiam tunc pene totam adminiſtrantibus ex Magno *u* Aurelio Caſſiodoro aperiſſime conſtat. Quinimmo aderat ſpecialis, & proprius Venetiarum Canonicarius, vt ex inſcriptione earundem Caſſiodorij *x* epiſtolarum legitur. Canonicarij vero erant, vt docte explicat *a* Cuiacius, Palatini, qui mitteban tur in prouincias ex ſcrinio Canonum ad exigendos ſolennes titulos fiſcales, & mittebantur a Comite domorum, aut Propoſito *b* ſacri cubiculi, vel a Comite priuatarum, vt eſt in formula Comitis priuatarum eiuſdem *c* Caſſiodori, ibi, Canonicarios dirigis. Quorum meminit etiam Anaſtaſius Imperator in ſua Græca conſtitutione *d*, quæ tamen in Latinum verſa habetur in Codice Iuſtinianæo. Et Maiorianus *e*, Nunc Canonicarios, ait, ſuperioris militiæ

E aucto-

e d.l. 1. & d.l. bene a Zenone.
f ad extrau. ad reprimend. uerb. totius orb. n. 8
g cõſ. 328. num. 7. lib. 1. & conſ. 300 n. 2. li. 5. ad l. decernimus, n. 20 C. de ſacroſ. Eccl.
h ad l. ſi pars, in prin. ff de rei uin. & ad l. 1. § praſides. ff. de requir. reiſ. i in princip.
K p 3. q 101. nu. 66. l ad c. cū non liceat, n. 10. de ſ. ſcrip in conſ. 3. in princ. n conſ 1. n. 72 lib. 1. o l. 1. in ſi. cum ſeq. ff. de rei uind.
p ad d.l. 1. lect. 2. nu. 10. uer. ēt pro cõs ſentent. C. de ſum. Trin.
q lib. 1. fere in princ. de magiſtr. & repub. Venet.
r l ſi is, contra, C. de adiſ. priuat.
ſ §. cū in ſuo, iuncto, §. ex diuerſo. inſtit. de rer. diuiſ.
u in ep. 4. 7. & 24 lib uariar. 12.
x dd. ep. 4. & 7.
a ad Nouell. 128. de exact. tribut. publ. corum.
b in Nouell. 30. Iuſtinian.
c Formul. 8. lib. 6 Variarum.
d de qua in l. ult. C. de exact. tribut. lib. 10.
e in Nouel de indulg. reliſt.

auctoritate terribiles,& in prouincialium viſcera,& damna ſeuientes. & paulo poſt. Nec vlterius Canonicariorum Venalis improbitas publicis fortunis inferat, priuatiſque diſpendium, veteri more reuocato, prouinciarum rectores celebrandæ exactionis ſumma reſpiciat. Et cum tributo, vt aliæ Prouinciæ, eſſet obnoxia, tum immunis,& libera eſſe nequiuerat: prout diffuſius ſuo proprio *f* loco dicetur. Niſi approbare vellent doctrinam Baldi *g*, quem ſequutus eſt Iacobus Aluarus *h*, quod cum ciuitas Venetiarum ſit fundata non in ſolo, ſed ædificata in mari poteſt iure merito prætendere ab imperio libertatem, quam inanem, & ridiculam rationem improbat Alciatus *i*. Sed non eſt inſtituti noſtri hæc altius agere. quoniam mihi haud diſplicet, tum ob eius vtilitatem,& commodum, tum ob totius Italiæ dignitatem, & ſplendorem, opulentiſſimam,& rerum omnium ditiſſimam Rempub. illa gaudere immunitate, illa libertate.

§. 2.

Quanquam ſcire deberent viri illi clariſsſimi hoc axioma eſſe valde dubium, in utroq. enim iure Cęſareo,& Pontificio cauetur expreſſe: vt ea, quæ ſunt imperii, vel quæ competunt Principi in ſignum ſuperioritatis præſcribi minime *u* poſſunt. Ita quoq. tenuere innumeri vtriuſq. iuris interpretes, quorum dicta referunt Felinus *x*, & Iaſon *y*: & ſi vterq. aſſeueret pro affirmatiua, ſtare communem opinionem, vt poſſint præſcribi, eamq. eſſe frequentiori Doctorum calculo receptam tradit Antonius *z* Corſettus in iam citato ſuo tractatu de poteſtate Regia. Quã ſane catholicam opinionem idem Iaſon & limitat, vt non procedat in ijs, quę competunt Principi in ſignum Vniuerſalis recognitionis. Niſi habeant priuilegium, vt habent nonnulli Italiæ populi, & inter alios Venetiarum Reſpublica, vt tenet Bartolus *a*, quem ad hoc propoſitum refert *b* Iaſon: item Baldus *c*, & Albericus *d* de Roſata, qui huiuſmodi priuilegium Imperatorum libertatis Venetiarum bullatum bulla aurea vidiſſe affirmat. quod eſſe poteſt vnum ex ijs viginti duobus, quæ e cronicis Andreæ Danduli refert Beinardus Iuſtinianus *a* de origine vrbis Venetiarum, à Carolo primo vſq. ad Federicum ſecundum eidem Vrbi conceſsis.

f in c. 9. verſ. Tertium erat ex qua ſi poſſeſſione
g ad rubric. ff. de re iudic. *h* ad c. 1. in princ. quis dicatur Dux Comes, Marchio in vſib. feud. *i* in lib. 2 Diſpũct. c. 5 & ad l. 1. nu. 40. ff. de iuſt. & iure.
u l. competit, C. de praeſcr. 30. an. l. fi. C. de fund. patrimon. lib. 11. c. cũ non liceat, vbi oẽs Canoniſtæ de præſcr. *x* ad d. c. cũ nõ liceat, nu. 10. cum ſeq. *y* ad l. imperiũ n. 20. cũ ſeq. ff. de iuriſd. om. iud. *z* d. q. 101. nu. 97. & d. n. 20. verſ. limita iſtam coẽm. & d. n. 20. ver. limita iſtã coẽm.
a ad l. hoſtes. n. 4. ff de capt. & poſtlim. reuerſ.
b d. n. 20. ver. ſcilicet ſunt aliq. populi. & ad d. l. 1. n. 11. de ſum. tri.
c ad c. ſicut vlt. n. 6. de iureiur.
d ad d. l. 1. de sũ. tri. *a* lib. 15. in fi.

Neq. dubium eſt, quin Imperatori ius ſit tale reuocandi priuilegium, qui illud conceſsit, vel eius ſucceſſoribus, vt poſt Bartolum tenuere *d* Abbas, & Baldus *e*. maxime ſi conceſsio priuilegii fuerit gratuita, vt in caſu, quo de agitur, vt rectiſsime probat Peregrinus in ſuo tractatu de priuilegiis, & iuribus fiſci, lib. 1. cap. 2. num. 58. Immo reuocandi priuilegiũ poteſtas nullo vnq. tempore præſcribi poteſt ſecundum eundem Baldum *f*: niſi præſcribens ſe ſubiiciat Romano Pontifici, vt poſt Paulum optime dixit *g* Cardinalis, & ſequitur Felinus *h*. Vnde Panormitanus *i* Abbas rectiſsime ſcribit non recognoſcentem ſuperiorem conueniri directe coram ipſo ſummo Romano Pontifice; quippe qui ratione illius generalis, & ſupremæ poteſtatis, quam habet, poteſt de hoc cognoſcere, & quid ſibi bene viſum fuerit, atq. Chriſtianæ reipublicæ expedire, iudicare. Quod videtur eſſe rationi congruum, prout aſſerit gloſſa *k*: cum nemo poſsit eſſe acephalus, videlicet ſine capite. Et contra iſtam ſupremam Pontificis maximi poteſtatem nulla omnino currit præſcriptio, vt notat Innocentius *m*, cuius dictum mirifice commendat *n* Abbas, & ſequitur *n* idem Peregrinus.

§. 3.

Quæ animaduertentes primi illi, qui in Riuoalto inſignem Venetam ciuitatem Pipini, & Caroli Magni temporibus, ædificarunt, paulatimq. incolis, & habitationibus auxerunt (& ſi ignorarent omnia ſupradicta, cum per illos dies, neq. multo poſt adhuc eſſet in rerum natura Innocentius, Bartolus, Baldus, Cardinalis, Abbas, & alii, non ignorarunt tamen quod nobis ſcriptum reliquit Plutarchus in libello de doctrina principis: Quis igitur, inquit, imperabit principi? Nempe lex omnium Regina, & mortalium, & immortalium, vt ait Pindarus: non iſta quidem lex foris, in libris, aut tabulis ſcripta ligneis, ſed viua illi inſita ratio ſemper conuiuens, & familiaris principi. Et quod ſuprema Romani Pontificis poteſtas à Deo opt. max. immediate eſt. *o* Paſce oues meas: paſce agnos meos) animaduertentes, inquam, nihil proprium habere; nec poſſe ſupremam Cæſarum auctoritatem, & imperium euitare, vt effugerent *p* abominabile illud rebellis aut tyrannidis nomen, vel alterius dominii vſurpatorum

d ad c. nouit, nu. 26. de iudic.
e ad d. c. ſicut, n. 6
f ibidem nu. 7.
g ad clem. ſi ſen. q. 7. de ceſſ. & clē. paſtor. §. vt illud 2. oppoſ. de re iud.
h ad d. c. cũ non liceat, n. 10. verſ. nõ obſtat iſte tex. de præſcr.
i ad d. c. nouit. n. 15.
K ad c. ex tranſmiſſa, de for. cõp. l. can. nulla, 13 diſ. & notat. ad d. c. nouit, & ad c. per venerab. q fil. ſint legit.
m ad c. bene electi. 2. de poſtul. prælat.
n ad d. c. nouit. n. 6.
n in d. li. 1. c. 2. n. 29. & 32.
o Ioan. 20.
p Bald. ad l. decernimus, per eund. tex. n. 4. C. de ſacroſ. Eccl.

torum; ac ſe iuſte *q* poſsidere viderentur; ſtatim anno ſcilicet ſexcenteſsimo nonageſimo ſeptimo, vt in hiſtoriis *r* Petri Iuſtiniani, etiam patritii Veneti habetur, electo primo Duce Paulutio Anafeſto, creationem huiuſmodi à ſanctiſsimo, & beatiſsimo Papa Deodato confirmari petierunt, qui ſimul cum aliquibus conſtitutionibus deſuper factis petentibus Petro Candiano, Michaele Particiaco, & Theodoſio Ipato ipſorum Venetorum oratoribus ad id ſpecialiter Romam miſsis perpetuo confirmauit.

q l. iuſte 11. ff de acqui poſſ. can. ſi peccat. 33. q. 4.
r lib. 1.

Hinc videre quidem neſcio vbi nam ſit iſta, quam tam contumaciter iactant habere libertatem: cum ex prænarratis liquido conſtet aut Cæſari, aut Pontifici Romano eſſe ſubiectos. ſed omittamus iſta; quia non eſt, vti dicebam, inſtituti noſtri de hiſce agere, hoc eſt de iure liberi principatus; ſed de ſubiectione illa, qua *ſ* omnes ipſi ſummo Pontifici, vti Chriſti Vicario, & totius Vniuerſalis Eccleſiæ maximo rectori, obedire tenentur.

ſ c. 4. & 6 de maior. & obed. can. duo ſunt. 96. diſt.

§. 4.

Nec eſt, quod ſuam ſibi quiſquam queratur ademptam auctoritatem aut libertatem per regnum Chriſti: cum ei nemo ſeruire cogatur inuitus, vt in Concilio Toletano quarto *t* fuit ſancitum, vt etiam apud Gratianum *u* legitur, & ab Archidiacono, Franco, Turrecremata, & aliis omnibus notatur *x*. Nam lex Euangelica eſt lex ſpiritus, vt dicit *z* Apoſtolus: Sed vbi ſpiritus Domini, & ibi libertas, eiuſdem Apôſtoli *a* teſtimonio. Et ſic legem nouam legem libertatis appellari ſcribit Thomas *b*, & Sotus *c*, legem filiorum, & libertatis. Quare dixerunt noſtri, & præſertim Innocentius *d*, Hoſtienſis *e*, Antonius *f* de Butrio, & *g* alii Idolatras, & alios Chriſtianæ religionis ignaros, & aduerſarios non eſſe vi, armis, aliaue coactione ad fidem catholicam compellendos, ſed ſola Euangelii prædicatione. Atquis quis ſe vltro Chriſto ſubieceerit etiam obedientiam ſacroſanctis ab eodem conſtitutis magiſtratibus, & præcipue totius Eccleſiæ paſtori, rectori, & principi debeat neceſſe eſt: alioquin verificaretur, quod idem aſſeuerauit Chriſtus *h* apud Lucam, Qui vos ſpernit, me ſpernit.

t cap. 56.
u can. de iudæis. 45. diſt.
x ad d. can. de iudæis. & ad c. maior. §. item quæritur. de bapt. & eius eff.
z ad Rom. 8.
a ad Corinth. 3.
b 1. 2. q. 108. art. 1. ad 2. in fin.
c de iuſt. & iu. li. 2 q. 8. ar. 2. in fi.
d, e, f, g, ad c. 9 ſup his n. 9. de vot. & voti redēpt. & Frāc. Vargaſ. in tract. de Epiſcopiſ. iuriſ. cap. 10
h cap. 10.

Nam licet Chriſtus, quandiu inter homines conuerſatus eſt, ethnicis principibus, & magiſtratibus nullo ſane

ne modo eſſet ſubiectus illis, tamen vltro, & prompte ciuiliter parere non recuſauerit, attamen poſtea quam diuina ordinatione adimpleta extiterunt Prophetarum oracula *i*, quibus prædictum fuerat, gentes, & regna, & Reges, & Principes ſeruituros Chriſti regno, & eccleſiæ, & poſtquam vltro facti ſunt eccleſiæ filii per lauacrum regenerationis, hoc eſt baptiſmi, ſine quo impoſſibile eſt *k* ingredi regnum cælorum, atq. eiuſdem Eccleſiæ quædam membra *l* præcipua, vt quorum magni intereſt, tanquam valde neceſſario officio exigente ad ſalutem totius corporis, ratio etiam naturalis ſuadet, vt ipſi tanquam membra capiti officiorum, magiſtratuumq. ſuorum rationem reddere, illiusq. omnino ſe iudicio ſubmittere teneantur: iiq. præſertim, qui nullos *m* recognoſcunt ſuperiores. quod & peregrinus *m* fatetur. Quare cum iam ante annos mille cernimus Chriſtianos principes, Reges, atq. Imperatores ſe, & ſua ſceptra ſubmiſiſſe, atque adeo tradidiſſe Chriſti Eccleſiæ, atq ab ea veluti accepta, & ab eadem recognoſcere omnia voluiſſe, eius iudicio regnaſſe principes, Reges Imperatores, & amotos, & reſtitutos fuiſſe principatu, regno atq. imperio, vt difuſius ſuo *n* loco fuit ſcriptum.

i Daniel c. 7. & Ierem. c. 27.

K Io. 3. c. deb. cũ ſeq. de baptiſ. & eius effect. l ad Ro. 12. & 1. ad Cor. 12.

m c. nouit, de iudic. c. per venerab. qui fil. ſint. legit. & extrauag. vnã ſanctam, in ſi. de maior. & obed. m in tract. de priuil. & iurib. fiſci, lib. 1. c. 2. n. 378. n ſup. c. 4. §. 6.

Quamobrem mirari ſatis non poſſum, data etiam illa libertate, qua ſe gaudere Veneti arbitrantur, vel ex præſcriptione, vel ex priuilegio, vel ex ſui natura, an velint eſſe melioris conditionis, quam ſint, fuerintq. alii Chriſtiani principes, qui ſuperiorem, non recognoſcunt: qui nihil ſanxerunt, quod libertati, immunitatiq. eccleſiaſticæ aduerſetur, & ſi forte aliter conſtituerunt, illa continuo alia ſanctione contraria perpetuo abrogarunt: vt videre eſt in illis *n* conſtitutionibus Federici Imperatoris in noſtro Iuſtinianæo Codice inſertis, qui adeo clare, & expreſſe loquitur, vt nulli ſit tergiuerſationi locus; quare non me pigebit eaſdem hic intexere.

n auth. ſtatuimus C. de Ep. & Cler. authe. Caſſa. de ſacroſ. Eccl.

Statuimus, vt nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel ciuili trahere ad iudicium ſeculare præſumat, contra conſtitutiones imperiales, & canonicas ſanctiones. Quod ſi actor fecerit, à ſuo iure cadat: iudicatum non teneat, & iudex ex tunc poteſtate iudicandi priuetur. Sancimus etiam, vt ſiquis clericis, vel eccle-

cle-

cleſiaſticis perſonis iuſtitiam denegare præſumpſerit, tertio requiſitus iuriſdictionem ſuam amittat. Et in alia.

Caſſa, & irrita eſſe denuntiari præcipimus omnia ſtatuta, & conſuetudines contra libertates Eccleſiæ, earumq. perſonas inductas aduerſus canonicas, vel imperiales ſanctiones: & ea de capitularibus penitus aboleri mandat noua conſtitutio, & de cætero ſimilia attentata ipſo iure nulla eſſe decernit. Sed ſi per annum huiuſmodi nouellæ conſtitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum noſtrum imperium impune ab omnibus occupentur. Hæc Federicus Imperator.

§. 5.

Sed hinc naſcitur difficultas, quæ dicantur conſtitutiones contra libertatem Eccleſiæ, perſonarumq. & rerum eccleſiaſticarum emanatæ, varia *o* à variis vtriuſq. iuris interpretibus in medium afferuntur. ſed ne ego in hoc diutius morari videar, mihi magis placet, illas dici, per quas auferuntur clericis ea, quæ ipſis ex iure communi, vel Cæſareo, vel Pontificio, aut ex priuilegio, aut inueterata conſuetudine, aut alio quouis legitimo modo competunt, aut competere poſſunt, de quibus videntur intellexiſſe Innocentius *p* iiij, & Bonifacius *q* octauus; ex quibus quidem laici audaciores, & clerici fiunt timidiores, vt ait Bartolus *r*, & poſt eum Felinus *ſ*, Decius *t*, Socinus *u*, Panormitanus *x*, Abba *y*, ſeu Iacobus Mandellus, ſiue tendant contra ipſas clericorum perſonas, ſiue contra res eccleſiaſticas, quæ ad eoſdem clericos, vel eccleſias ſpectant, aut ſpectare poſſunt: cum laicis nulla ſit data facultas diſponẽdi de rebus ad ſacrum ordinem pertinentibus, vt expreſſe iure *a* fuit cautum, & ſuperibus *b* eſt dictum.

Etiã quibuſcunq. *c* verbis cõceptæ ſint, ſiue directis ſiue indirectis, ſiue expreſſis, ſiue *d* velatis, vt tenuere oẽs noſtri ad illam celebrem Innocentii *e* conſtitutionẽ. Vaſquius *f*, item *g*, Alba, Burſatus *h*, Surdus *i*; huius rei rationem reddit per elegantem gloſſa k, quam etiam ſequitur Ancharanus *l*: nam, & ſi verba huiuſmodi conſtitutionum non expreſſam, & claram faciunt mentionem perſonarum, ac rerum Eccleſiaſticarum: attamen quia in effectu Eccleſiæ fauor, & immunitas violatur, & offendi-

tur

o ad d. auth. caſſa. & ad c. vlt. de immu. Eccl. lib. 6 ad c. nouerint. de ſent. excom. ad c. Eccl. S. Mariæ de Conſt.

p c. 1. eod. de immunit. Eccl. lib. 6

q d. cap. vlt. & c. cler. § ſi. & §. nos igitur eod. r ad d. auth. caſſa. n. 5. & ad l. 1. §. quæ onerãda, ff. quar. rer. actio det. ſ ad d. c. Eccl n. 6 y & ad d. c. nouerint. t ad d. c. Eccle. in princ. u cõſ. 141. lib. 3. x conſ. 26. & 72. & 83. n. 3. lib. 1. y conſ. 8. n. 3.

a can. bene quidẽ 96. diſt. c. ſtatutũ, 1. de hæret. lib. 6. vbi gloſſa, & alij Doct. c. q in Eccl. ubi notant quoq. fere oẽs, & ſpecialiter Abb. n. 2. Butr. n. 3 Zabar. n. 3. Innoc. n. 7. Dec. n. 6 Beroius, n. 6. & 16 & alij ad d. c. Eccleſ. b c. 4. §. 14. c d. c. ſtatutũ, & c. quãto de priuil. d d. c. cler. § ſi. & §. nos igitur. e d. c. Eccl. S. M. f lib. 3. §. 10. n. 658. g d. conſ. 8. n. 3. h conſ. 42. n. 17. cũ ſeq. i cõſ. 301. nu. 77. K ad d. c. vlt. uer. libert. de immun. Eccl. lib. 6. l cõſ. 33. n. 7. & 8.

tur, aduerſus eccleſiam, eiuſq. præſides, & miniſtros dicuntur conſtitutæ. Siquidem *m* quæri non oportet, cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur. Vnde rectiſſime Celſus *n* iuris conſultus reſponſitauit, ſcire leges non eſſe verba earum tenere, ſed vim, & poteſtatem.

m l. cũ pater 79. §. donation. ff. de leg. 2.

n l. ſcire 16. ff. de legib.

Sic quando Princeps alicui dat facultatem teſtandi, aut appellandi inſpicienda eſt mens ipſius Principis. hoc eſt cui quaq. fine, & qua mente conceſſerint Nam ſi filiofamilias dat, vtiq. dare videtur, quod non habebat: cum patria poteſtate impediatur: videlicet, vt perinde poſſit de ſuis bonis diſponere, ac ſi eſſet pater familias. ſi vero patri familias, indulgere videtur, vt poſſit teſtari omiſſis iuris ſolemnitatibus, vt perite obſeruat *o*. peritiſſimus Gallorum Iacobus Cuiacius. Verum ſi appellandi dat facultatem alicui, qui alioquin appellandi ius non habebat, vt puta excommunicato, qui non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ea excommunicatione non obſtante appellare poterit. ſi vero ei, cui nihil eſt impedimento, quo minus valeat appellare, omiſſis iuris ſolennitatibus, appellare poterit, vt animaduerti *p* alias: quia talis eſt concedentis mens, talis intentio. Sic mens ſtatuentium aduerſus Eccleſiæ libertatem inſpicienda eſt, etſi verba non videantur Eccleſiæ immunitatem, & libertatem lædere; quia ſi indirecte, & tacite læſerint, perinde ſunt putandi, ac ſi directe, & clare contra Eccleſias, res, & perſonas ſacras emanatæ eſſent conſtitutiones.

o lib. 8. obſeruat. c. 32.

p lib. 1. Animad. cap. 10.

Sed exemplo res fiet illuſtrior: nam ſi lege generali, vel municipali, aut ſtatuto caueatur, vt in toto territorio ciuitatis, aut caſtri non poſsit oriza ſeminari, & qui ſecus fecerit, mulctetur: licet nullam in ea fiat clericorum mentio, dicitur tamen eſſe indirecte contra libertatem Eccleſiæ, vel ſi prohiberetur; ne bona poſsint diſtrahi non ſubditis, cum Clerici non ſint ſecularibus obnoxii poteſtatibus, vt fuit ſæpius. oſtenſum: huiuſmodi conſtitutio diceretur infringere libertatem Eccleſiaſticam, & ſic nulla ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis. Nam licet plura requirantur in condendis legibus, vt lex *p* iuſta videri, & dici queat: neceſſaria tamen eſt potiſſimum legiſlatoris auctoritas, ſeu poteſtas, ſine qua fruſtra fit lex,

p can. erit autem lex 4. diſt. in.

quia

quia non debet, vt ait *q* S. Thomas, excedere ferentis poteſtatem. ita quoq; diſſeruit *r* Felinus, & poſt Bartolum *ſ* & alios Decius *t*, qui ſcribit poteſtatem ſtatuentium regulari à iuriſdictione. Et ſic non ſufficit iuſta cauſa; ſed neceſſario deſideratur poteſtas teſtimonio *u* Abbatis: quē idem *x* Decius refert, & ſequitur. Si quidem poteſtas concernit ſubſtantiam, ſine qua nulla *a* qualitas poteſt conſiderari, vt bene reſpondit *b* Surdus. vt non abs re Boetius diceret duo eſſe, in quibus omnibus conſiſtit effectus, poteſtas, & voluntas. Poteſtas autem proprie dicitur, legitime poſſe: non enim poſſumus, vt conſuluit *c* Beroius, quod cum iniuria poſſumus, Quibus congruit illud; quod Plinius Traiano Imperatori in Panegyrico enarrauit: vt enim inquit felicitatis eſt, poſſe quantum vellis: ſic magnitudinis velle quantum poſſis. Quamobrem laici, quantumuis ſint maximi, & potentiſſimi, adeo, vt ſuperiorem non recognoſcant, quoad res ſacras loco priuatorum ſunt, vt nullam penitus dicantur habere poteſtatem, ita, vt quidquam in eorum odium, aut fauorem haud poſſint conſtituere; etiam ſi publica adeſſet vtilitas, ac maxima vrgeret neceſsitas: quia deeſt anima legis, quæ eſt ipſa poteſtas, vt recte notauit Garzias *d*, & poſt eum *e* Surdus, Fruſtra etenim dicitur omnis poteſtas, quæ ad actum redduci non poteſt, ob id Paulus *f* iuriſconſultus *f* reſponſitauit extra territorium iuſdicenti impune non pareri. Et Bonifacius *g* octauus, conſtitutionē Epiſcopi, qua excōmunicātur facientes furtū, nō ligare eius ſubditos extra diœceſim furtū committentes; quia videntur non ſubditi. Ita quoq; res ſacræ extra territorium laicorum adeo videntur eſſe, vt eis nulla attributa ſit facultas de ipſis rebus ſacris diſponendi, vt ſæpius enarratum fuit, & infra etiam *h* enarrabitur.

q 1. 2. q. 96. ar. 4. ad reſp.
r ad d. c. Eccl. ſ. Mariæ. nu. 39. de conſtit. *ſ* ad l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. q. 1. in princ.
t ad d. c. Eccl. nu. 49. *u* conſ. 83. li. 1. *x* ad c. 1 in Eccle. n. 18. eod. de conſt. *a* l. nec ullā §. ſi abſentis. ff. de petit. hæred. *b* conſ. 30. n. 13. & conſ. 301. n. 29.
c conſ. 76. nu. 18. lib. 1.

d de ult. f. §. 159 in fi. *e* d. conſ. 301 n. 29. in fi. *f* l. ult. ff. de iuriſd. omn. iud. *g* c. ult. de conſt. lib. 6.

h c. prox. §. 4. in princ.

CAP. VI.

HIs ita generaliter poſitis ſuper eſt, & ad ſingula decreta, quæ à Duce, & Senatu Sereniſs. Reip. Venetæ edita ſunt, deueniamus; eaq. diligenter examinemus, an contra immunitatem, libertatemq. eccleſiaſticam eſſe dicantur, prout eſſe conſtanter aſſeueramus. Et ſi M. An-

ton.

ton. Peregrinus, ac duo alii in eodem Patauino gymnaſio iuris Anteceſſores contrarium verius putarunt, vel ita conſtituere Senatum poſſe haud tueri verentur.

Quæ licet quatuor ſint, de tribus tamen ſolis erit nobis negotium: cum quartum, quod eſt in ordine primum (videlicet, vt bona emphiteutica à laicis poſſeſſa ad Eccleſias, aliaue pia loca, quorum eſt directum dominium, nullo vnquam tempore redire queant; ita, vt directum cum vtili dominio reuniri, & conſolidari nunquam poſsit) ab eiſdem legum interpretibus conſulto fuerit omiſſum, tanquam inuiſum.

De inualiditate, & nullitate eiuſdem Decreti liquido conſtat: ac primum ex natura eiuſdem rei. nam Emphyteuſis græce, latine ſonat inſitionem ſeu plantationem, vel vt ſcribit Durandus inſpeculatore *a* ab emponemate. emponema Græcis eſt, quæ à noſtris melioratio appellatur. nam, & à Gregorio *b* nono Emphyteuſis contractus meliorationis dicitur. Datur enim in Emphyteuſim fundus ea lege, vt accipiens rem reddat meliorem, & ex ſterili, vel ſqualida, vel ſaxoſa, vel deſerta, precioſam, ſalubrem, pinguem, aut, vt dici ſolet, bonam, & fertilem efficiat.

a §. emph. in prin. tex. expreſſ. in l. vlt. in princ, C. de iur. emphyt.

b c. ult. loc. & cōd.

Quam ob cauſam, & ob caſus fortuitos *c* regulariter Emphyiteutę ſexta pars penſionis, ſiue reditus, qui fuit ab initio, remittitur: vt ſi locari ſolebāt fundus ſexaginta, emphyteutæ pro quinquaginta addicatur. At cum Eccleſia, aliaq. pia loca dederint ſua prædia ſiue ruſtica, ſiue vrbana in emphyteuſim, hoc eſt ad meliorandum, facta illa penſionis diminutione, ſi locus factus fuerit caducitati, vel ob temporis lapſum, vel ob finitam lineam, vel generationem, vel non ſolutionem canonis, aliamue ob cauſam; debent ne priuari vtili dominio, ita, vt non poſſit cum iſto directum conſolidari? Nulla e-enim æquitas, nulla ratio ciuilis, aut naturalis id patitur; cum legiſlatores, veri iuſtitiæ ſacerdotes nunquam paſſi ſunt, vt *d* quis alterius detrimento locupletetur. Hinc videmus pupillum, qui alias ſe obligare non poteſt, ſi mutuum ſine tutoris auctoritate acceperit, pubes factus, ſi ſoluerit, non poſſe *e* repetere, ſi factus fuerit locupletior: quia, vt ait gloſſa *f* naturaliter tenetur:

c Nouel. 7. ſeu authen. de nō alien. bon immob. eccl. §. quia uero leon.

d l nā hoc, 14. ff. de cond indeb. l. iur. nat. ff. de reg. iur. e l. natural. in ſi ff. eod. de cōd. indeb. f ibid. in uerb. non repetit. & ibid. Bart.

ac etiam, vt ſcribit Bartholus, ciuiliter, cum ſit factus locupletior.

§. 1.

Neque mihi quæſtionem facit, quod nonnulli obijciunt, videlicet non improbari præſcriptionem, ſeu vſucapionẽ, quæ nihil aliud eſt, quam lucrum *g* cum damno alterius coniunctum, nihilominus pro iuſta lege ſuſcipitur, & ab omnibus habetur rectiſſima, atque vtiliſſima. diuerſa etenim eſt ratio, ſiquidem vſucapio iam ab initio fuit recepta propter bonum publicum, ne rerum dominia diu, ac fere ſemper in incerto eſſent, & eſſet poſſeſſoribus aliqua ſecuritas, & finis aliquis ſollicitudinis, & periculi litium, vt Cicero *h* dicebat, & reſpondebat Neratius *i* Iuriſconſultus, quoniam dominis ſufficere viſum eſt ad inquirẽdas res ſuas ſpatium legitimi temporis, vt eis ſane imputari poſsit negligentia *k* ſua, ſi intra id temporis res ſuas non perquiſiuiſſent *l*, non vindicaſſent. Quinimo ceſſante vſucapione, ſeu præſcriptione haud parum Reipublicæ damnum inferretur, quod nullo tempore certa eſsent rerum dominia, quo quidem fieret, vt hominum commercia de facili intermitterentur, atque inculti remanerent agri, quorum cultura quam ſit Reipublicæ non vtilis tantum, verum omnino etiam neceſſarijſsima, nemo eſt, qui neſciat, timens enim poſſeſsor, ne quando verus fundi dominus eam ſibi auferret, illius abijceret culturam, & incultum illum iacere fineret, vti rectiſſimè ſcriptum reliquit *m* Theophilus. Sed quod commune, & publicum bonum eſt, non videtur priuatum damnum, ſi modo bona fides ab initio interuenit, vel potius non videtur alteri inferri damnum, qui vſucapit, quod neſcit *n* alterius eſſe. Detrimentum quidem facit, qui dominium amittit per vſum meum, ſed id ipſe plane non videor dediſſe, cum neſcius damnum dare noluerim.

Cum igitur non ſit eadem ratio, neque idem ius *o* poteſt conſtitui, immo longe diuerſiſſima, nam vſucapio, vti dixi, præcipue adinuenta ſit ob publicam vtilitatem, ne rerum dominia ferme ſemper in incerto eſſent, & ob hanc vnam quidem incertitudinem auri remanerent inculti. At firmo remanente illo Decreto, quis dubitet, quin maximum Reipub. inferatur damnum? nam ſublata ſpe

non

g leg. ſciendum cum ſeq. ff. ex quibus cauſ. maior.

h in orat. pro Cecinna.

i in l. ult. ff. pro ſuo.

k l. ult. in fin. C. de annua except.

l. in l. 1. ff. de vſucap.

m Inſtit. tit. de vſucap. in princ.

n l. ſi quis fundum. ff. de acqu. poſſ.

o l. illud. ff. ad l. Aquil. cum ſuis ſimil.

non reuniendi,& conſolidandi vtile cum directo dominio, rerum domini eorum prædia nunquam in emphytheuſim concederent,immo potius permitterent,vt ita ſterilia,ſaxoſa,ſqualida, ac penè infructuoſa remanerent , quam ſe illis in perpetuum vtili dominio expoliari.

Et eo magis detegitur iniquitas Decreti, quia ſuprema tribunalia,& præſertim ſacræ noſtræ Romanæ Rotæ Auditorium omnium integerrimum, quoad fieri poteſt , interpretantur,ne locus fiat caducitati,ſeu deuolutioni . Et inprimis agenti ad caducitatem incumbit onus probandi dominium, & rem, qua de agitur,eſſe emphytheuticam, teſtimonio ſpeculatoris *n*, cui adſtipulatur Berous *o*. Quæ probatio fieri debet ſcriptura . Et quanquam in ancipiti videatur eſſe huiuſmodi axioma,attamen receptior eſt ſententia,vt ſcriptura fieri debeat, vt poſt gloſſam *p* tenuere Baldus *q*, & Iaſon *r*. Ita quoq. reſponſitarunt Alexander *ſ*, & Pariſius *t*, atque ſcripſerunt Aretinus *u* . Catheranus *x*, & Clarus *y*, quos ſecuta eſt Rota in vna Foroliuienſi Parochiali coram Orano. Neque ſufficit Laudemij,quod domino directǫ præſtari tantum moris eſt , ſolutio,nam licet ſolutio Laudemij faciat iudicium ad probationē præſumpti dominij,non ſufficit tamē,niſi coadiuuetur inſtrumentis emphyteuticis,vt conſulti reſponderunt Romanus *a*, & Siluanus *b*, quibus ad hęſerūt Burſatus *c*, & recentiores *d*.

Neque etiam ſufficit confeſſio ipſiuſmet partis, aſſerentis ſe ſoluiſſe canonem,quia talis confeſſio videtur per errorem facta,ſi de exiſtentia rei,de qua orta eſt quæſtio, nō conſtet in ſpecie,vt tenuit Rota etiam coram eodem Orano in vna Romana Vineæ . Quamuis etenim ad effectum conſequendi ſolutionem canonis leuiores ſuffragētur probationes,ad effectum tamen inducendæ caducitatis, cum ſit quid, vt ait Caputaquenſis *e*, odioſum plena, & concludens dominij probatio requiritur, vt poſt eundem Speculatorem *f* aſſeuerarunt Bartolus *g*, Ruinus *h*, & Crauetta *i*. Porrò tunc caducitatem tantum procedere receptum eſt,quando dominium directum vnius prædij ſiue ruſtici,ſiue vrbani penes vnum,& penes alterum vtile exiſtit, non item ſi quid ſoluitur.

Immò vt pœna caducitatis euitetur,in dubio ſemper ex cauſa potius cenſualis, quam emphyteutica fieri præſumitur

n tit.locat.§.nūc verò verſ.72.cum ſequ. o in conſ. 49.n.4. & 6.lib. 3. p ad l. 1. C. de iure emphyt. q ibid. r ibid. nu. 61. cum ſeq ſ in conſ. 112. in fin. lib.1. t in conſ. 77.n.17.lib.3. u ad §.adeo. Inſtit. locat. x in deciſ.53.n.1. y in §. emphyteuſis, q. 4. a in conſ.127. b in conſ.57.nu. 43. c in conſ. 26. nu. 30. d in concluſ. 144. nu. 6. de probat. e in deciſ.91.lib. 2. f in d.§. nūc vero,n.32. g ad l.quidam in ſuo n.4.ff. de condit. inſtit. h in conſ. 156. in princ. i in conſ.112.n.14

tur ſolutio, vt poſt recentiores k Vrbinates fuit in Rota ſæpius reſolutum, & præcipue in d. Romana Vineæ. Plena *l* igitur dominij probatio requiritur, quoties agitur rei vindicatione, adeo vt non admittatur in ſupplementum iuriſiurandi religio, vt poſt Iaſonem *m* conſuluit Craueta *n*.

1 Quòd ſi diceretur fuiſſe aliquando pronunciatum rem eſſe emphyteuticam, etiam directo dominio non plene, & expreſſe probato, reſpondetur raro id contigiſſe, etſi interdum, plures tamen eo caſu concurriſſe coniecturas, eaſdemq. vehementes, vtputà inueſtituras, ſolutiones per longi temporis ſpatium, confeſſiones poſſidentium, conuentiones, denunciationes, libros antiquos, in quibus mentio fit expreſſa, bona ſcilicet, ſuper quibus lis vertitur, eſſe emphyteutica, vt fuit obtentum in vna Laudenſi deuolutionis coram Corduba.

Sic etiam, licet regulariter emphateuta ſi per ſpatium biennij, vel triennij non ſoluit penſionem, cadit à iure ſuo, caditq. ipſo iure, nec vlla requiritur hominis ſententia, dummodo directus dominus declaret, velle locum eſſe caducitati, vt poſt Bartolum *p* tenuerunt pleriq. eſſeque cõmunem Doctorum opinionem aſſeuerauerunt Pariſius *q*, Curtius *r* Iunior, Decius *ſ*, Alexander *t*, Iaſon *u*, & ita communiter obſeruari teſtatur Cepolla *x*, & ſic etiam tenuit *a* Rota. Si inter partes tamẽ pactum fuerit, vt ob non ſolutionem canonis, ſeu integri cenſus per tres annos continuos poſſeſſio in emphyteuſim data deuoluatur, emphyteutaq. iurauerit ſe ſoluturum canonem ſingulis annis, vel de ſemeſtri in ſemeſtre, vti Romæ conſuetum eſt, an priuetur ſtatim iure emphyteutico, ſi non ſoluerit, non expectato *b* biennio, vel triennio, eſt catholica noſtrorum concluſio, teſtibus Gozadino *c*, Curtio *d*, Iuniore, Rolando *e* à Valle, & Rota *f* in vna Romana deuolutionis domus, non priuari, firmo remanente pacto. Neque obſtare pactum ſoluendi de ſemeſtri in ſemeſtre, quia illud videtur adiectũ ad effectum commoditatis partium, non quoad pœnam caducitatis, vt eadem tenuit *g* Rota. Sic ad effectum etiam conſequendi plenariam liberationem à canone emphyteutico, licet requiratur non ſolum oblatio, ſed conſignatio etiam, & depoſitio ad effectum tamen euitandi pœnam caducitatis ſufficit ſola oblatio, ob eamque cauſam

decla-

k in tractat. de cauſ. ex quib. emphyt. iure ſuo priuat. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can. lim. 34. l in l in rem, & l. offi ff. de rei uindicat. leg. 1. C. de alien. iud. mut. cauſ. m ad leg. admonendi, num. 118. ff. de iureiur. n in conſ. 157. n. 13.

p ad l. 2. n. 2. C. de iure Emphyt. q conſ. 108. nu. 33. lib. 1. r conſ. 119. poſt n. 3. verſ. cum igitur ſ conſ. 146. nu. 7. in fin. t conſ. 3. poſt nu. 32. lib. 3. u ad d. l. 2. nu. 12. cum ſeq. x conſ. 25. n. 3, & 6. a deciſ. 28. nu. 1. cum ſeqq. Diuer. par. 2 b ex d. l. 2 & auth. qui rem, C. de ſacroſ. eccl. & c. potuit de loc. c conſ. 52. ſub nu. 19. d conſ 203. n. 44. lib. 4. e conſ. 25. nu. 23. lib. 2. f deciſ 3. n. 2. cum ſeqq. diuerſ. part. 2. g d. deciſ. 3. n. 7.

declaratio voluntatis domini non retrotrahitur ad diem morę Emphyteutę, vt reſoluit *b* Rota, ob id nimirũ, quia vbi agitur de incurſu pœnę, non poteſt ęquitas conſiderari iuxta Pauli iuriſconſulti reſponſum *i*. Nulla autem ſubeſt ęquitas, ob quam fieri debeat iſta retrotractio, quę non vtique fit, niſi interueniente *j* ęquitate. Vnde cum ita ſupremi iudices, quoquo modo fieri poteſt, conentur deuolutionem euitare, neſcio videre qua ratione ſtare poſſit tam rigoroſum, & durum Decretum.

b d. deciſ. 38. n. 8. i de quo in d. l. ſciendum ff. ex quibus cauſ mai. j l. deniq. ff. eod. Bar. ad l. ſi is, qui pro emptore in 2. opp. ff. de uſu cap.

§. 3.

Prętereà de eius inualiditate, & iniuſtitia apparet manifeſte, quia non modo ad futuram emphyteuſim, ſed ad pręteritam quoque porrigitur, cùm dici ſoleat *k* leges, conſtitutioneſue ad pręterita non extẽdi. Legis enim proprium eſt hominibus pręſcribere, quid agendum, quidue fugiendum. Et leges non malis medentur pręteritis, ſed futuris, quantum poſſunt, occurrunt. Quare Marcus Tullius in Verrem, eundem reprehendit, quod huiuſmodi propoſuerat edictum. Qui ab Aulo Poſthumio, & Q. Flauio, poſteaue fecit, fecerit? fecit fecerit? Quis vnquam edixit iſto modo? quis vnquam huius rei fraudem, aut periculum propoſuit edicto, qui nec ante edictum prouidere potuit? Et paulo poſt. De iure vero ciuili, ſi quis noui quid inſtituit omnia, quę ante acta ſunt, rata eſſe patitur. Quibus mirum in modum cõgruit illud prudens Iuſtiniani *l* dictum, Quid enim peccauit antiquitas, quę pręſentis legis inſcia priſtinam ſequuta eſt obſeruationem.

k l. leges 7. & 9. C. de legib. c. 2. & ult. de conſt.

l in l. iubemus in fin. C de teſtam.

Eadem ratione ſi lege cauetur municipali, vt filia dotata excludatur ab hęreditate dotantis, eadem lex locum non habebit, ſi pater filiam dotauit, & deceſſit antè conditam legem, cùm intelligi debeat de hęreditate deferenda, non item de iam delata, vt egregie adnotauit Baldus *m*, quem ſecuti ſunt Brunus *n*, & Croſetus *o*, qui illam reddit rationem, quod quando pater deceſſit ante ſtatutum, actus iam eſt perfectè conſummatus, & ideo ad illum non extenditur virtus ſtatuti. Ita quoq. fuit tentum in vna Romana ſupplementi legitimę *p* coram Cantuccio. Sic virtus Decreti Veneti nullo quidem modo ad bona iam ante in emphyteuſim ab Eccleſia, alijſq. pijs locis conceſſa extendi poteſt,

m ad l. illam n. 2. uerſ. ex hoc arguitur, C. de don. n in tract. de ſtatuto exclud. fem. propter maſculos art. 6. n. 26 & in fin. o ad l. omnes populi, n. 140. uerſ. hinc uerſificatur ff. de iuſt. et iure.

poteſt, cum eis ſit acquiſitum ius, quod ſine eorum *q* facto auferri nequit.

§. 4.

Neque alicuius valoris eſt quoad futuram ex illo ſæpius decantato axiomate, defectus iuriſdictionis, namque laicis obſequendi manet neceſsitas, non *r* autem imperandi auctoritas. Et eo magis, quia huiuſmodi Decretum eſt directe in odium ſacri ordinis factum, & expreſse contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam ex his, quę *ſ* ſupra deduximus.

Et præter ea, quæ ſunt in ſacris canonibus circa emphyteuſis contractum ſancita *t*, & adnotarunt magiſtri noſtri, vt Innocentius *u*, Hoſtienſis *x*, Abbas *y*, Romanus *a*, Gozadinus *b*, Caputaquenſis *c*, & poſt alios Iulius Clarus, vt facta quoquis modo deuolutione, Eccleſia, ſi mauult pro ſe retinere poteſt bona, & dominium vtile cum directo prorſus conſolidare: nec cogitur iterum emphyteutæ prædefuncti proximioribus, vel extraneis concedere, & vt dicunt noſtri, eos reinueſtire, fuit in iure Cæſareo expreſsiſſimis verbis *e* conſtitutum, ne Eccleſia, aliaq. pia loca vllo vnquam tempore ſuis priuarentur bonis, vt prædicta bona non vltra accipientis perſonam, & duos eiuſdem perſonæ hæredes conceſſa intelligerentur. Et ratio illa eſſe potuit, quia cum ſemel fuerint diuinis applicata vſibus, in profanos conuerti minus debent, qui ſecus fecerit, ſacrilegus iudicatur, & ſi ſe emendare noluerit, excommunicationis vinculo *f* innodare poterit. Ex quibus de facili apparet, quam inuiſum ſit huiuſmodi Venetiarum ſtatutum, ſeu Decretum adeò, vt ob hoc vnum ſolum iure merito, ſi non eſſent excommunicati, venirent excommunicandi, ſed iam tempus eſt, vt ad alia tria accedamus.

CAP. VII.

SEcundum Decretum eſt, quo cauetur, ne alienari quoquo titulo poſsint bona laicorum immobilia in Eccleſias, aliaq. loca pia, niſi Principe auctore, petita ſcilicet, & ab eodem obtenta licentia. Quod ſane Decretum nulla poteſt ſubſiſtere ratione, tum quia conditum eſt à poteſtatem non habente per ea, quæ ſupra diximus *a*, tum quia diri-

q l. ſi part. §. 1. quemad. ſeruit. ammitt. l. ſi arrogator. ff. de adopt. l. cum maritus §. fin. ff. de pact. dot.

r can. 1. §. iſta ſcriptura can. 11. Imp. 96. diſt. can. certum eſt 4. diſt. can. 1. diſt. 21. can. Sylu. & can. Sacerdotibus 11. q. 1. c. vlt. de reb. eccl. alien. vel non c. qua in eccl. & can. eccleſ. S. Mariæ de conſtit. *ſ* hoc eod. c. §. 3. *t* can. non liceat 12 qu. 2. d. c. qua in eccl. d. cap. vlt. de req. eccl. alien. & in Conc. Trid. ſeſſ. 22. de reform. *u* ad c. vnum n. 2. de for. compet. *x* ad c. vlt. n. 14. *y* ad c. bona 2 n. 28. de poſt. prael. *a* conſ. 22. nu. 2. *b* conſ. 86. n. 24. *c* deciſ. 303. & 304 par. 1. *d* S. emphyt. q. 43. n. 3 *e* nouell. 7. ſiue auth. de non alie. rebus immob. eccleſ. § emphyt. & auth. ſi quas ruinas, & auth. perpetua C. de ſacroſ. eccl. *f* can. nulli liceat cum ſeqq. 12. q. 2

a cap. ſupra prox. §. 4.

dirigitur omnino contra libertatem Eccleſiaſticam,& non non modo verbis indirectis, & obſcuris,ſed directis, & expreſſis conceptum:quibus caſibus fuit *b* demonſtratum eſſe inualidum , & nullum, tanquam Eccleſiæ libertati contrarium, adeò vt Princeps,& Senatus huius Decreti auctores ipſo iure incurrerint cenſuras Eccleſiaſticas ex Honorij iij. *c* Conſtitutione.

Et cum iſta Eccleſiæ libertas à iure diuino proficiſcatur, vt abunde ſatis fuit *d* probatum, dubium non eſt, quin dicatur huiuſmodi ſtatutum eſſe contra ius diuinum. Atqui laico Principi tanta non eſt auctoritas, vt iuri diuino poſſit derogare, cum vix ſummus Pontifex, qui vice Dei in terris fungitur,poſſit, niſi illis adhibitis circunſtantijs, de quibus eſt ſupra *e* oſtenſum.

Dicitur etiam contra ius Pontificium, quia, & Romani Pontifices ſapienter excogitantes huiuſmodi conſtitutiones,vel potius, vt ait *f* Innocentius iij. deſtructiones de facili ex malitijs hominum euenire poſſe, vel iam antea emanatis occurrerint, talia penitus Decreta contrarijs *g* ſanctionibus irritarunt, excommunicationisq. vinculo obſeruantes innodarunt. Fuerunt quoque in concilijs oecumenicis illa Decreta inualida,& nulla declarata, vt videre eſt in Concilio Lateranenſi *h* generali ſub Innocentio iij. Conſtantienſi *i*, Lateranenſi *k* ſub Leone x. & Tridentino *l*, cuiuis Decretum ſupra *m* integrum fuit relatū.

Improbata item à iure Cæſareo, per quod laicis data eſt libera facultas quantum voluerint bonorum ſuorum Eccleſijs, alijſq. pijs locis, & eorum præſidibus, & miniſtris relinquendi. Immo donationes pijs locis inter viuos factæ valent,&eas capere poſſunt,etiamſi non fuerint *o* inſiuuatæ,& venditione facta,abſque vlla traditione *p* in Eccleſiam transfertur dominium.

Videntur item eſſe contra iuris communis diſpoſitionem, cum *q* nemo emere, vel diſtrahere cogatur inuitus, & vnicuiq. libitum ſit ſibi ex cuiuſcunq. alienatione acquirere,immo loco grauis iniuriæ habetur,quod quis non poſſit ſibi, quem *r* maluerit emptorem deligere.

Quinimo iuri gentium, & naturali videntur aduerſari, nam ſi laici prohibentur ſacerdotibus, & locis ſacris ſua immobilia bona relinquere,eiſdem quoque adempta appa ret

b c.5. §. 5. verſ. etiam quibuſcunque ſupra.

c cap.nouerit.49 & c. grauem 53. de ſent.excom.

d ſupra cap. 4. §.12.& 13.verſ. quare mihi & §. 14.

e d.c.4 §.11.

f cap.vlt. de immun.eccl.

g can. futuram eccl.cum ſeq. 12. q.1.c.1.de immunit.eccl.lib.6.

h ſeſſ.10.

i in d. cap. vlt. in fin. vel in confirmat. conſtitut. Feder.2. & Carol. 4. pag. mihi 923.tom.3.Concil.

K cap.44.de quo

l ſeſſ. 25.c. 20.

m in c.4.§. 11.

n l.1. & l.generali, & l. fin.C.de ſacroſ. Eccl.

o l. illud, C. eod.

p l. vt inter diu.num,C. eod.

q l. inuitum,C.de contrahen. empt. l. nec emere, C. de iure delib. l. inuitus, C.locat.

r l. dudum, C. eod.de contrahen. empt.

ret libera facultas de ſuis bonis diſponendi. Eſt enim certiſſimi iuris, etſi ſolemnitates teſtamentorum fuerint iure ciuili adinuectæ, ipſam tamen teſtamenti factionem hominibus iure gentium, & naturali *f* competere, & competijſſe, quod etiam adnotarunt Bartolus *t*, Paulus *u* de Caſtro, Romanus *x*, Fulgoſius *y*, & Iaſon *z*. Immo Theophilus *a* ſcribit liberam teſtandi facultatem eſſe iuris gentium, & naturalis, à quo non diſſentiunt Bartholus *b*, Iaſon *c*, Viglius *d*, Corneus *e*, & alij communiter eiuſdem *f* Iaſonis, & Didaci *g* Couarruuias teſtimonio. Siquidem ratio naturalis ſuadet, vt vnicuiq. licitum ſit libere de bonis ſuis diſponere. Et cum iure gentium, & naturali huiuſmodi libera teſtandi facultas ſit conceſſa, eam etiam iure ciuili competere annuit *h* Iuſtinianus.

Ex quibus ſane omnibus haud obſcure conſtat illud Decretum emanaſſe contra ius Diuinum, Pontificium, Cæſareum, Gentium, & Naturale, atque inſimul eccleſiaſticam libertatem adeo infringere, vt non poſſit vlla defendi ratione.

Nam vno ferè animi conſenſu dixerunt vtriuſq. iuris interpretes conſtitutiones, ſeu laicorum ſtatuta, quibus interdictū eſt laicis, vt non poſſint in clericos, Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitalia, & ſi qua alia ſunt loca pia, diſtrahere, vel alio quouis titulo relinquere, eſſe nullius momenti, tanquam à non habente poteſtatem facta, & contra libertatem Eccleſiaſticam promulgata. Atque hanc eſſe catholicam noſtrorum ſententiam teſtatur Bartholomeus *i* Socinus, atque eſſe veram, & magis communem aſſeueraūit Alexander *j*, Curtius *k* Senior conſtanter quoque poſt alios affirmat non valere ſtatutum contra ius commune in prçiudicium Eccleſiarum, nec compræhendere monaſteria, nec perſonas eccleſiaſticas.

Idem confirmat Albericus, vt leges, & ſtatuta laicorum prohibentia alienationes bonorum in nonſubditos non ligare Clericos, cum leges etiam ad fauorem eccleſiarum non ſumunt vires, niſi per Eccleſiam fuerint approbatæ.

Hoc idem reſpondit Baldus *m*, quod ſtāte ſtatuto, quod quis non poſſit alienare rem immobilem in perſonam, quæ non ſoluit collectas, ſiquis legauit alicui monaſterio, ſeu pio loco rem immobilem ſolitam ſoluere collectas, monaſterium,

f l. nec enim §. deportati. ff. de mil. teſtam.
t ad l. interd. n. 7. de cond. indeb.
u ad l. teſtandi, C. de teſt.
x y z ad l. ſi teſtam. C. eod. de teſtam.
a §. ius autem ciuile Inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil.
b ad d. l. interd.
c ad rubr. ff. de acq. hered.
d ad § prædicta. n. 4. inſtit. de teſt.
e ad d. l. ſi teſt.
f ad d. l. interd. nu. 4.
g lib. 3. var. reſol. c. 6. nu. 7.
h §. ſi ſing. Inſt. de rer. diuiſ. §. quòd verò Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil.
i conſ. 14. nu. 1. lib. 4.
j conſ. 2ij. n. 3. lib. 2.
k conſ. 72. n. 13. verſ. 2. reſpondeo.
l in tract. de ſtatut. par. 2. q. 2. n. 10. & 60.
m conſ. 132. lib. 3.

ſterium,ſeu pium locum non comprehendi ſub tali ſtatuto.Idem confirmauit ad vltimam *n* Iuſtiniani conſtitutionem ſcribens, & addidit hanc eſſe meram veritatem, etſi alias aliter ſenſiſſet, tale ſcilicet ſtatutum non includere Eccleſiam.

Hanc quoque eſſe frequentiorem Doctorum concluſionem conſtanter aſſeuerant iuris Cæſarei interpretes ad illud *o* Seueri,& Antonini reſcriptum, vbi Bartolus *p* concluſit ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiæ prohibens alienationem bonorum immobilium fieri in Eccleſias, vel Monaſteria. Cui ſe ſubſcripſit Angelus *q* de Peruſio, quippe qui idem ſtatutum,quod bona non poſſint alienari in Clericos, improbauit, ſubdens neque vllam hodie habere dubitationem; cum fuerit per conſtitutionem *r* Alexandri iiij. deciſum.

Ex qua quidem conſtitutione prædictam Bartoli ſententiam eſſe frequentiori ſcribentium cathalogo receptã affirmat *ſ* Iaſon, item Franciſcus *t* Ripa, qui etiam confirmat communem eſſe Legiſtarum *u*,& Canoniſtarum *x*, opinionem,aſſerentium ſtatutum prohibens alienationes in perſonas non ſubditas non valere in præiudicium Eccleſiarum, & monaſteriorum.

Huic opinioni adhæſerunt pleriq.alii,vti Neuizanus *a*; Ancharanus *b*,Euerardus *c*,Plotus *d*,Hippolytus *e*, Riminaldus, Rolandus *f*, Mandellus *g*, Surdus *h*.

Hanc vlterius eſſe communi noſtrorum conſenſu probatam ſententiam ſcripſerunt Iulius Clarus *i* in ſua praxi criminali, Fabianus de Monte in ſuo tractatu *k*, de emptione, & venditione, vbi concludit aduerſus Signorolũ de Homodeis, ſuper cuius aſſertione aduerſarij ſuam omnino fundant intentionem,tale ſtatutum eſſe prorſus contra libertatem Eccleſiaſticam. Idem tenuere Andreas *l* Tiraquellus ad ſuas leges connubiales,Hippolytus *m* Bonacoſſa in communibus opinionibus criminalibus ſicut Michael Graſſius *n* libro primo communium opinionum. ſunt,& alii qui non tantum hanc deſponſarunt concluſionem, vti veriorem, ſed eſſe etiam longe frequentiorem, quos conſulto omitto, ne nimius, & prolixior in re luce meridiana clariori videar.

Ex iuris vero Põtificii Anteceſſoribus nemo eſt, qui ab

G huiuſ-

n ad l.ult. n. 17. C.de ſacroſ.Eccl. o de quo in l. fil. ſam. 118. §. Diui. ff. de leg. 1. p n. 12 ver. 2. dubium. q ad d.l. fil. ſam. § Diu.Seu. 2. n. 4. r ad c.vl. de imm. eccl. lib. 6. ſ ad d. §. Diu. nu. 72. uer. tu aduerte & n. 82. cum ſeq. t ad d. §. Diui, nu. 81. verſ. ſecunda concl. u ibid. x ad c. eccl. s. Maria, & ad d c. ult. a conſ. 39. n. 10. b conſ. 155. c conſ. 30. nu. 26. 42. & 239. n. 17. & 18. d. conſ. 19. nu. 11. cũ ſeq. e conſ. 15. n 85. ver. quib. ta men. f conſ. 22. n. 19 ver. 7. & ult. g. coſ. 8. fere p tot. h conſ. 301. n 12. cum ſeq. & n. 76. cum ſeq. i q. 82. §. ſtatut. v. n. K p. 3. prin. n 45. ver. ſed non valet. l gl. 8. ſup. uer. de ſon mary. n. 172. m in uer. ſtatu. §. ſtatut. prohib. rem immob. n in uer. ſtatut. q. 12.

huiuſmodi ſententia *o* recedat; imnio Archidiaconus *p* ſcriptum reliquit conſuetudinem, vel ſtatutum, quod Eccleſia ſibi rem in teſtamento relictam teneatur alienare intra annum, vel aliud ſimile, non valere, in cuius votum iuerunt Panormitanus *q*, & Cardinalis *r* Zabarella, & eſſe communem memoriæ mandauit Felinus *ſ*: id enim expreſſe, & aperte fuit ab Alexandro *t* iiij. condemnatum, vt ibidem adnotarunt Geminianus *u*, & Francus *x*, atque alibi Hoſtienſis *a*, Decius *b*, & Baldus *c*, qui in ſpecie quærit de ſtatuto ciuitatis Senarum, quo præcipiebatur, vt hoſpitale s. Mariæ teneretur vendere poſſeſſiones, & concludit eſſe nullum.

o ad d. c. eccl. s. Mariæ de conſt. ad d. c. ult. de imm. eccl. lib. 6. ad c. cũ laicis de reb. eccl. nõ alien. p. ad c. Romer. conſuetud. de appell. lib. 6. conſ. 81. lib. 1. r conſ. 66 n. 2. ſ ad d. c. eccl. n. 89 t in d. c. ult. § fin. u n. 5. uerſ. nota ꝙ laici, x n. 5. a ad d. c. cũ laicis, n. 5. b ad d. c. eccl. n. 192. c ad auth. hoc ius porrect. n. 18. C. de ſacroſ. eccl. d f. 15. uer. nec etiam reſiſtit. e fol. 75. uer. ſecundo reſpondetur.

§. 1.

Quæ animaduertentes, videlicet illud Venetiarum Decretum tueri haud poſſe, Peregrinus *d*, & Scaynus *e*, viri non alioqui mali adhibuerunt vnam, vt dici ſolet, cautelam, nempe excuſari poſſe huiuſmodi Decretum, quia non abſolute prohibet ſubditis alienationem in Eccleſias, ſed cum triplici moderatione: vna quoad ſtabilia duntaxat, altera, vt intra biennium Eccleſia habere poſſit, tertia, vt eadem etiam perpetuo poſſit retinere, accedente Principis licentia. Vnde cum poſſint laici Eccleſijs relinquere aurum, argentum, pecunias, margaritas, aliasve gemmas, & omnia mouentia. Et Eccleſiæ ipſæ per tempus biennii retinere immobilia, & ex indulgentia Principis in perpetuum, eiſdem porro Eccleſiis nullum ferme videtur inferri detrimentum, & ſubditis maxima exurgit vtilitas. Decretum prædictum libertatem non videtur tollere eccleſiaſticam, ſed modificare tantum & reſtringere, quod iure fieri arbitrantur; exempliſq. declarant. Sed cum ex prænarratis contrarium verius eſſe liquido appareat, exempla in medium adducta examinanda ſunt.

Primum eſt in materia legis Falcidiæ, quæ *f* detrahitur etiam ex bonis Deo relictis. Secundum ex conſtitutione *g* Iuſtiniani; vt ingreſſi monaſterium teneantur legitimam liberis portionem relinquere.

f in l. 1. § ad municip. ff. ad leg. falcid. g auth. ſi qua mulier C. de ſacroſ. eccl.

Tertium in rebus emphyteoticis, & feudalibus, quæ etiam ex teſtamento poſſunt prohiberi, ne in *b* Eccleſias alienentur.

h gl. & dd. ad l. fi. C. de iur. emph. & ad c. 1. de prohib. feud. alien. g

Quar-

Quartum legitima filioruu minuit legata *ſ* etiam ad pias cauſas relicta.

Quintum deniq.ex contractu matrimonii, nam licet matrimonia plena *i* gaudere debeant libertate, poſſunt tamen reſtringi, vt non poſſint contrahi, niſi cum k perſonis alicuius loci, non item cum aliis, cuiuſcunq. ſint ſortis, & ſtatus,

Quoad primum multiplex eſt reſponſio, ac primum dicitur illud eſſe ius vetus, quod a nouo correctum eſt per nouellam *l* Iuſtiniani conſtitutionem, ad quam omnes ſcribentes notant, & ad prædictum Pauli *m* reſpoſum. Fauore enim non magno veteres hæc legata digna eſſe putabant, quaſi Deus non indigeret opibus. Hinc uidemus apud Vlpianum *n* in fragmentis factionem teſtamenti cū certis olim Diis, numero octo, eſſe conſtrictam, vt obſeruarunt viri duo peritiſſimi. Franciſcus *o* Duarenus, & Antonius *p* Goueanus. Chriſtiani vero Principes cum viderent opes eſſe neceſſarias in Eccleſia ad alendos pauperes, & Eccleſiæ miniſtros, recte, vt ait idem Duarenus, exiſtimarunt hæc legata fauore eſſe digna.

Secundo noluerunt iidem Principes ſe melioris facere conditionis, quam eſſent Dii, quamuis ipſi in terris, poteſtate, vt idem ſcribit Goueanus, proxime ad Deos accedant atq.ideo ex legatis ſibi relictis voluerunt *q*, vt hæres perinde detrahere poſſet Falcidiam, atq. ſi eſſet priuatus hęres inſtitutus. Quod ſi Senatus Venetus conſtituiſſet, ne quidquam ſuæ Reipublicæ relinqui immobilium poſſet, ęquior fortaſſe videretur conſtitutio, & haberet in eo locum, quod prudenter reſcripſerunt Imperatores Alexander *r*, Theodoſiusq. *ſ*, & Valentinianus, vt obſeruent leges, quas volunt ab aliis obſeruari.

Tertio intelligi poteſt idem Pauli reſponſum, quando facta Falcidiæ detractione, id quod ſupereſt, ad implendam teſtatoris voluntatem ſufficeret; quo caſu debet detrahi, non æque, ſi non ſufficeret ex alio eiuſdem *t* Pauli reſponſo, vt poſt Romanum, & alius tenuit *u* Tiraquellus, quaſi teſtator voluerit legata integra præſtari; cum dubium non ſit, quin teſtator prohibere valeat *x*, ne detrahatur Falcidia.

Quartò procedit, quando Deus ille erat inſtitutus, &

G 2 lega-

Feder. i c.gemma. de ſponſ & matr. l.Titia, ff. de uer oblig. K l.cum ita ff.de cond. & demonſtr.

l Nouell. 131. ſeu auth.de eccl tit.de qua in auth.ſimiliter C.ad l. falci. m d.S.ad municipium. n tit. de hæred.inſtit. o ad tit.leg. falci. in fi. p ad d.§. ad municipium.

q l.4.C.ad l.falc.

r in l. ex imperfe. C.de teſtam. ſ in l. digna uox, C.de legib.

t de quo in l.decr. in fi.ff.de fideic. libert. u de priuil. pia cauſ.priui.26. not.& 7.x Nouel. 1.ſiue de hæred.et falc.S. ſi uero expreſſim.

legatis grauatus aliis Deis ſoluendis, tunc falcidiam detrahebat; alias non item, ita poſt Dynum, Fulgoſium, Angelum, Romanum affirmauit *a* Alexander. quia priuilegiatus non vtitur contra ſimilem priuilegiatum priuilegio: etſi hæc propoſitio in an cipiti ſit, attamen poſt multa Tiraquellus *b* ad hæret opinioni Lancellotti *c* Politi; vt ſacer locus inſtitutus, & grauatus legatis ad alias pias cauſas relictis, gaudeat priuilegio, vt detrahere queat Falcidiam, cum eius priuilegium ſit longe fortius, & potentius.

a ad d. §. ad munic. n. 2. uer. limitat.
b d. priuil. 26 n. 6. uer. ſed, & nouiſſ.
c in repet. l. filium C. famil. erciſcun.

Deniq. eſt correctum ius, vti dixi, antiquum, ita vt non modo ex piis legatis non poſſit detrahi Falcidia ex illa *d* Iuſtiniani nouella conſtitutione, ſed neq. Trebellianica a fideicommiſſis piis, & hanc eſſe frequentiorem, & catholicam opinionem poſt Bartolū *e* ſenſere Angelus *f*, Socinus *g*, Alexander *h*, & Iaſon *i*. Item k Abbas; & adeo eſſe communem, vt non licitum ſit in reſpondendo de iure, ſiue in iure dicundo recedere, ſcribit Ludouicus *l* Romanus, ſic etiam poſt alios cenſuit Tiraquellus *m*. Et Didacus *n* Couarruuias tradit, non videri, cur ſit recedendum à Trebellianica ab eo, quod ſanxit *o* Iuſtinianus quoad Falcidiam. Debemus itaq. obſeruare, quod Chriſtiani ſancte ſanxerunt Principes, non quæ Ethnici. Et ſi haud male dici poſſet, quod ita lege cauerunt, quia, & Pontifices erant, & per ea, quæ ſupra *p* fuerunt ad ducta; qua ſane poteſtate non vtiq. præditi ſunt Venetiarum Domini.

d d. auth. ſimiliter
e ad l. Marcel. ff. ad trebel. f. g. h. i. ibid. Iaſ. n. 20. k conſ. 19. lib. 1.
l conſ. 239. & 276
m in d. tract. priu. 27. n ad c. Rayn. §. 3. n. 7. in fi. o d. auth. ſimiliter.
p c. 1. §. 7.

Ad ſecundum vero, quod idem eſt cum quarto, quoniam in vtraq. agitur de portione, quæ debetur filio, reſpondetur mirum non eſſe ſi legitima filiorum minuat legata ad pias cauſas relicta, ſi quidem filii, ſui, & neceſſarii *q* hæredes ſunt: ſuorum vero hæredum nomen a ratione naturali videtur ſumptum, auctore *r* Paulo, cum ea quaſi tacita quædam lex liberis parentum hæreditatem adiiciat, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando. quo ſane fit, vt Iure ciuili filius, quaſi dominus bonorum paternorum fingatur *ſ*; adeo, vt illi iam non acquiratur, ſed in illum, moriente patre, continuatur *t* dominium. Quapropter hæreditatem paternam adire minime tenetur, & non aditam *u* tranſmittit: & quanquam ſe abſtinuerit

q §. ſui aūt inſt. de hered. qual. & diff.
r l. cum ratio. ff. de bon. damnat.
ſ d. §. ſui aūt uer. ſui quidem t l. in ſuis ff. de liber. & poſth. u l. ſi fratres C. de iur. deliber.

nuerit, legatum *x* tamen libertatis ſolo hæredis nudo nomine confirmatur. Alios quoq. effectus habere ſuitatem notarunt *y* Portius, & Viglius. Quare iure merito veteres iuris auctores exiſtimarunt filios præferri etiam piæ cauſæ debere. A quibus non diſſenſerunt ſactiſſimi Patres, & inter alios B. Auguſtinus in ſermone 1. de vita clericorum dicens *a*. Quicunq. vult exhęredato filio, hæredem facere Eccleſiam, quærat alium, qui ſuſcipiat, nō Auguſtinum: immo Deo propitio neminem inueniet. Quem locum, vti ſingularem ad hoc allegat *b* Bartolus.

Immo Romani Pontifices non minus, atq. Imperatores ſuitati facere viſi ſunt; cum duas quartas, hoc eſt legitimam iure naturæ debitam filio legatis grauato, aut rogato hæreditatem reſtituere, Trebellianicam *c* detrahere ius factum fuerit. Et tantus eſt ipſorum filiorum fauor, vt ex noſtris plures *d* tenuerint patrem non poſſe prohibere filiis primi gradus detractionem Trabellianicæ. atq. hanc eſſe communem conſentiunt Decius *e*, Iaſon *f*, Craueta, & Couarruuias. quilicet poſt eundem Crauetam reprehendat inconſtantiam iuris ciuilis interpretum, opinatur tamen veriorem, ac magis receptam eſſe Baldi aſſertionem: quæ prorſus nulla conuinci poteſt iuris Ciuilis auctoritate. Et non ſolum directe poteſt pater prohibere detractionem ipſius Trebellianicæ, eorundem Crauetæ *i*, & Couarruuias k teſtimonio.

Ad tertium, vt poſſit à teſtatore prohiberi, ne emphyteuſis tranſeat in Eccleſias, reſpondetur priuatos, vt latius dicetur ſuo opportuniori loco, in propriis bonis plus iuris habere, quam habeant Principes: cum in re propria quilibet *l* ſit moderator, & arbiter. Nam, etſi Antonius *m* de Butrio ſcribit nullum reperiri textum expreſſum, quo prohibeatur ius emphyteutichum priuatí transferri in Eccleſiam, ſed *n* tantum gloſſa: attamen naturalis ratio ſuadet, vt fieri poſſit: cum paterfamilias quoad fieri poteſt familiæ ſuæ debeat conſulere, quod non faceret, ſi non vetaret, vt res emphyteutica ad eccleſiam non tranſiret, quia cum eccleſia nunquam *o* moriatur, in commiſſum res nuſquam incideret: cumq. non valeat eccleſia alienare, nec deteriorem ſuam facere con

ditio-

x l. cum quaſi. §. etſi quis. ff. de fidei com hæred. y ad d. § jui aut. n. 6.

a in can. ult. 17. q. 4 de cuius intellectu late Couar. in c. 19. n. 5. uar. reſ. lib. 1.

b ad l. Papin. § ſi Imp. ff. de inoff. teſtam.

c in c. Rayn. & c. Reinald. ubi oēs Canoniſt. de teſt. d Bal. Soc. Corn. et alij ad l. sub. C. ad trebel. e conſ 81. f ad l. Marcel. n. 55 ff. ad trebel. g coſ. 16. n. 11. h ad d. c. Raymun. §. 11. n. 7. uerſ. uā Cyn.

i d. conſ. 16. in fi. k d. §. 11. n. 9.

l in l. re mandata C. mandat. m ad c. potuit de locat. ubi omnes. n ibid. uerb prohi. & ad d. l. fi. uerb. ueteri, C. de iur. emph.

o can. liber. 65. 12 q. 2. c. ſi gratioſe de reſcr. lib. 6.

ditionem, rei dominus directus in perpetuum laudemio priuaretur, vt poſt Speculatorem, & alios notauit Iaſon *p*. Neq. hæſitandum eſt, quin plus ſe diligat priuatus, quam filios: ſed filios longe plus, quam Eccleſiam; ac Eccleſiam magis, cui legauit, vel reliquit, aut vetuit, quam hæredem ſuum extraneum: argumento eius, quod Marcellus *q*, Paulus *r*, & Iabolenus *ſ* Iuriſconſulti reſponſitarunt. Etenim pater plerumque, vt Papinianus *t* ait, pro liberis conſilium capit.

Ad conſtitutionem *u* Federici idem reſponderi poſſet, & vlterius nulla ibidem fieri mentionem prohibitionis in Eccleſiam. Et quatenus fieret, quod non fit, condita eſt de cõſilio, & conſenſu perſonarum eccleſiaſticarum ibi; Habito ergo cõſiglio Epiſcoporum, Ducũ, Marchionum, Comitum, &c. Quod vtiq. non fecit Venetiarum Senatus, cum epiſcopos, & alios eccleſiarum præſules in condendo Decreto non accerſerit.

Et quando aliquo in caſu fieret huiuſmodi prohibitio, intelligeretur de eo feudo, quod de ſui natura perſonale requirit ſeruitium, ita vt per ſubſtitutum præſtari nequiret. Nam tunc Clericus dicitur incapax; cum non debeat ſe immiſcere negotiis *x* ſecularibus: & hanc eſſe communem opinionem poſt alios tradit *y* Iulius Clarus, qui *z* etiam affirmat Epiſcopos, & Cardinales poſſe retinere, & ſuccedere in eo feudo, quod requirit ſeruitium perſonale, quia ratione tantæ dignitatis queunt per ſubſtitutos Principi laico deſeruire.

Ad illud autem, quod matrimonia licet plena debeãt *a* gaudere libertate *b*, poſſunt tamẽ ad certas perſonas, itẽ ad perſonas alicuius familiæ, vel alicuius loci impune reſtringi, facilis eſt reſponſio, quoniam ex eo non aufertur libera contrahendi facultas, vnde eleganter ſcribit *c* Bartolus, Conditionem, quæ inducit viduitatem in omne tempus reſpectu omnis perſonæ, ſperni, ſecus ſi inducit viduitatem reſpectu certæ perſonæ, vel certi loci, vel temporis; ſic nulla præſumitur coactio, aut metus, quo nullũ redditur matrimonium. Ita quoq. non omnis metus impedit matrimonii contractum, ſed is duntaxat, qui poteſt *d* cadere in conſtantem virum. Et qui ſit iſte metus, late proſequitur Couarruuias in Epitome *e* libri quarti Decre-

p ad d.l.fin.n.91.

q l. 1. ff. de mort. cauſ.donat. r l.Senatus, §. etenim eod. ſ l. Maunus. in fi ff.de cond.& demonſt. t l.nec ea ff. ad l. Iul. de adult.

u d.c. 1. de prohib. feud.alien.p Fed.

x c.1.& tot.tit.ne Cler.uel Monach. y § feud.q.78.n.4 & 5. z ibid. in fi. uer. cæterum.

a l. Titia. in fin. princ.ff.de uer.ob. c.cũ locum, c.requiſiuit c.gemma. de ſponſ.& matr. b l. ſed ſi hoc, §.ult.cũ duab.ll.ſeqq.ff de cond & demonſtr. c ad d.l.ſed ſi hoc §. ult.

d c.ueniens, 2. de ſponſa. & matri. l.metum. 1. & 2. ff. q met. cauſ. l. uani timoris, ff.de reg.iur.c. cũ dilectus, de his, q ui. metusue cau. fiũt. e p.2.c.3.§.4.n.1. cũ ſeqq.

Decretalium. Cum ergò in prænarratis omnibus exemplis diuerſa ſit ratio à noſtra, diuerſum quoq. ius *f* conſtitui operæ pretium eſt.

Neq. dubium facit, quod ſi ſtatutum etiam abſolute prohiberet, ne immobilia per laicos in Eccleſias alienarentur, non diceretur contra libertatem eccleſiaſticam dirigi, cum non minor ſit auctoritas legislatoris, quam priuatorum. quod videtur indicaſſe Vlpianus ad Sabinum *g* ſcribens, & adnotauit *h* gloſſa, immo videtur longe *i* maior, atqui priuatus, ne res ſuæ tranſeant in Eccleſias, legem k poteſt imponere, multo magis Princeps, cum ſit omnium, quæ in eius territorio continentur, dominus, vt late fuit ſuperius *l* dictum.

Nam reſponderi poſſet, vanum eſſe diſputare, an maior ſit auctoritas principis, quam priuati: cum hic nullã, ille vero omnem omnino auctoritatem, poteſtatemue habeat. ſed quæſtio eſt quis habebat in re propria maiorem auctoritatem, an princeps, an vero priuatus in re ſua priuata, & iam quodam modo *m* indicaui maiorem eſſe priuati, quam principis. Nam licet omnia *n* dicantur eſſe principis, etiam quæ quiſq. priuatus habet, & poſsidet, rectiſsime tamen poſt Senecam expexit Iacobus *o* Cuiacius, vt omnia princeps imperio poſsideat, ſinguli dominio

Et eſt fortaſſe quod dicere voluit *p* Decius, ſi non ratione proprietatis, certe ratione iuriſdictionis, & protectionis dominus eſt. Nec enim quæ mea ſunt, principis ſunt, aut certe mea non ſunt, quoniam dominium *q* inſolidum duorum eſſe non poteſt. Et communia quoq. eſſe inter me, & principem nemo dixit, vt idem ait *r* Cuiacius.

Cum igitur non ſint inter principem, & me bona communia, & quæ mea ſunt, principis non ſunt; plus vtiq. iuris dicor habere, quam habeat princeps. Quare Paulus iuriſconſultus, hoc ipſo *ſ*, inquit, quod poſſeſſor eſt, plus iuris hábet, quam ille, qui non poſsidet. Priuatus autem non ſolum rem ſuam ciuiliter, ſed, & *t* naturaliter poſsidet, & non modo poſſeſsionem, quæ nihil habet commune *u* cum proprietate, verum proprietatem quoq. retinet, ita vt vere dominus dicatur, & ſit. Porro cum rerum ſuarum vere dominus ſit priuatus, mirum

videri

f l. illud ad l. Aquil.

g l. nõ impoſſib. ſ ff. de pact. *h* ad rubric. C. de decret. Decur. lib. 10. *i* l. nec ex ſtor. l. nec pign. ff. de re ind. l. priuator. & l. fi. C. de iuriſd. om. ind. K l. ſi ita quis §. ea lege. ff. de uer oblig. *l* in c. 5. §. 1. uerſ. & in territor. *m* ſup. eod. uer. ſed tertiũ, *n* l. bene a Zenone. C. de præſcript. *o* lib. 15. obſer. c. 30. in fin.

p ad c. eccl. s. M. n. 36. de conſt.

q l. ſi ut certo. §. ſi duob. uehic. ff. cõmodat.

r d. c. 30 in fin.

ſ l. 2. in fin. ff. uti poſſid.

t l. pri. in princ. ff. de acq. uel admit. poſſ. *u* l. naturaliter. §. nihil. ff. eod.

videri non debet, ſi poſsit paciſci, vel teſtamento cauere, ne bona ſua in Eccleſiam non tranſeant: alioquin nec eſſet, nec diceretur, vt ait *x* Conſtantinus Imperator, rei ſuæ moderator, & arbiter.

x l. in re mandata C mandati.

y ad d. c. eccl. S. Mar. n. 249. uerſ. non obſt. de conſt.

Quare priuatus poteſt paciſci, & quam maluerit, rebus ſuis legem imponere, non æque legiſlator; cum non ſit dominus rerum priuatorum, neq. legem in detrimentum libertatis eccleſiæ condere, quod priuatorum pactis fieri poteſt. & ratio eſt pene elegans, quia in pacto ille, qui Paciſcitur, habet poteſtatem ad hoc neceſſariam, quod non eſt in legiſlatore, vt bene notauit Decius *y*. Nam, & tu Peregrine *z* faſsus es bona ſingulorum a Principe auferri minus poſſe, niſi ex cauſa.

z in d. tract. de priu. & iurib. fiſci lib. 1. c. 2. n. 29.

Neq. valet argumentum, quod ſi Princeps non poteſt prohibere: ne laicorum bona in Eccleſiam alienentur, non poſſet etiam prohibere alienationem ſtabilium in forenſes, quod tamen fieri communem eſſe interpretum ſententiam auctor *z* eſt Iaſon, ſi quidem non diſputamus in præſentiarum, an Princeps poſsit legem condere, qua prohibetur alienatio immobilium in forenſes, ſed an eandem, vel maiorem, aut minorem in re priuati habeat auctoritatē. Nec enim dubito, quin Princeps queat illam facere legem, non item, vt non fiat alienatio in eccleſiam, quia illud fauorabile, hoc odioſum, & contra libertatem Eccleſiæ. Quare Ioannes *a* Andreæ, cui ſe ſubſcribunt Petrus *b* de Ancharano, Geminianus *c*, & Francus *d*, dixit huiuſmodi ſtatutum, ne alienentur bona immobilia exiſtentibus extra iuriſdictionem non comprehendere clericos, non Eccleſias. Idem quoq. ſupra confirmaui ex actoritate *e* Alberici in ſuo de ſtatutis tractatu.

z ad d. l. fil. fam. S. Diu. in 2 lect. n. 106. ff. de leg. 1.

a ad c. ul. n. 1. uer. ſecundi dubit & n. 2. cū ſeqq. de immun. eccl. lib. 6.

b ibid. q. 1. uer. quæro poſt Io. And.

c ibid. n. 3. uer. ſed pone.

d ibid. n. 2. uerſ. cogita tamen, & uerſ. & ultra etiā

e p. 2. q. 2. nu. 10. & n. 60.

Neque aduerſetur illa, quam iniiciunt, æquiparatio, vt quemadmodum ſacrorum canonum latores iuſte, ac recte vetarunt, ne bona profana ſemel ſacris locis delata, iterum in laicos alienari poſſent, niſi ex quodam præſcripto, & ſeruata *f* ſolemnitate, habita videlicet ſummi Pontificis licentia, præuia neceſſitatis, & euidentis vtilitatis cauſa, ita quoque iuſtum, æquumq. videtur, vt laicus Princeps pro dignitate principatus, & vtilitate ſubditorum libere poſſit decernere, ne bona immobilia laicorum

f auth. de reb. eccl. non alienan. c. ſi. eod. lib. 6.

eorum per ipſos laicos ſubditos in Eccleſias transferri valeant ſine ipſius Principis licentia, prohibentis id ex cauſa maioris boni, quam ſit illud, quod Eccleſiæ in retentione ſtabilium facere queunt, maxime quia habere poſſunt pretium, quod *g* ſuccedit loco rei. Nam ratio naturalis ſuadet, vt quod quis iuris in alium *h* ſtatuerit, is eodem vtatur iure.

Quibus reſpondetur nullam dari poſſe ſimilitudinem, cum ſit quid omninò diuerſum, ſiquidem bona Deo ſemel dicata, adeò ſacroſancta efficiuntur, vt abſq. *i* ſacrilegij vitio ab eiſdem auferri nequeant.

Secundo non abs re Summi Pontifices ſapienter illas excogitarunt ſolemnitates, prudenterq. ſanxerunt nullas eſſe alienationes etiam *j* in euidentem Eccleſiæ vtilitatem factas, prout Paulus ij. non ſolum natione, ſed etiam patricius Venetus in citata extrauaganti ambitioſe de reb. Eccl. non alienand. cum tanta ſit in lacis auri ſacra fames, vt perpetuo ad ſe bona eccleſiaſtica trahere haud vereantur, & in eccleſiaſticis tanta facilitas diſtrahendi, cum in illis bonis non habeant legitimam, & naturalem ſucceſſionem, prout habent laici, vt pleroſq. non pudeat, Eccleſias expilare, & in conſanguineos, & alios ſibi amicos bona tranſmittere. Quod non accidit laicis hominibus, quippe qui, cum, vt plurimum filios procreauerint, aut procreare intendant, quorum amor tantus eſt, vt dicatur *k* paternum nullum vincere affectum, pro illis conſilium *l* capiant. Nam, & Chriſtus *m* apud Ioannem, Pater diligit filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit. Et Apoſtolus ad Corinthios ſcribit, nō filios parentibus theſaurizare, ſed filijs parentes, & ob id bona non dilapidant, ſed mirum in modum conſeruant, quia magis diligunt filios, quam ſe ipſos, & magis in filijs, quam in ſe terrent, ait Socinus *n* Iunior.

Præterea laici bonorum ſuorum ſunt domini, & ſic diſponere, vt narratum eſt ſupra, de eis libere poſſunt, non item Sacerdotes, alijq. ſacri ordinis miniſtri, cum bonorum Eccleſiaſticorum dominium penes Chriſtum eſſe tradat Innocentius, *o* atque ipſius Chriſti dicuntur *p* patrimonium, ſed tantum adminiſtratores, procuratores, vſufructuarij, vel, vt alij malunt, vſuarij. Cum igitur domini

g l. ſi & rem. & pretium 23. ff. de petit. har. h tot. tit. ff quod quiſq. iur.

i can. iuſtum 9. diſt. c. cum o͞es ibi patere legem de conſt. c. in cauſis de reiud.

i can nulli liceat cum ſeqq. 12. q. 2 l. ſed celſus ff. de contr. empt. Inno. ad c. verū n. 2. de for. comp. j can. ſine exceptione 12 q. 2. c. tua nuper de his quæ ſiunt à præl. extr. ambitioſe de reb. eccl. non alien. & poſt alios Surd. conſ. 301. n. 21.

K l cum furioſus C. de Curat. furioſ. l in l. nec ea ff. ad l. Iul. de adult. m c. 5. nu. 2. ad Cor. 12.

n conſ. 77. n. 38. conſ. 99. n. 10. & conſ 102 n. 27.

o ad cap. cum ſuper n. 3. de cauſ. poſſ. & propriet.

p cap. cum ex eo 34. de elect. lib. 6.

non ſint, alienare propria non poſſunt auctoritate, cum alienatio præſupponat dominium, atque ideo apud veteres *q* Romanos nulla etiam erat rerum ſacrarum, & religioſorum locorum venditio. Idcirco, vt fieri poſſit, & teneat alienatio requiritur *r* neceſſario ſummi Pontificis auctoritas, quam pleniſſimam *ſ* habet, & liberam facultatem in beneficialibus, & ſuper Eccleſiarum bonis. Neque facit, quod loco rei ſuccedat pretium. ex eo enim Eccleſiarum indemnitati minime conſulitur, ſed longe conſultius erit, ſi immobilia *t* retinebuntur, cum pecuniæ, & mobilia alia de facili labantur, & periculis ſubiiciuntur multis.

q l. ſed celſus ſilius ff. de contrah. empt. r d. c. vlt. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6. ſ c. 2. de preb. lib. 6. clem. 1. in fin. vt lit. conteſt. can. per princip. clem. 9. q. 2. can. bona 12 q. 1. Abbas, & alij ad c. in præſentia, de prob. t can. venientes ead. 12 q. 1. u Ezech. c. 18. can. pleriq. 14 qu. 3. can. ſiquis vſuram ead. 14. q. 4 per tot. & tot. tit. de vſur. x tot tit. ne cler. vel monach. immiſc. ſe neg. ſecul.

Pecuniæ de ſui natura ſunt ſteriles, nihil pariunt, & ſic non eſſet neque Eccleſijs, neque teſtantium voluntatibus conſultum, cum huiuſmodi bona à laicis relinquantur Eccleſijs, vt ex eorum fructibus ſe alant, clericos, & pauperes; conficianturq. ea, quæ pro Dei ſeruitio, & cultu videntur neceſſaria, quæ non vtique poſſent fieri niſi ad fœnus conſtituerentur. quod quam iniquum ſit, alijs conſiderandum relinquo, cum non Eccleſiaſticis modo, verum laicis etiam omnibus diuino, humanoque iure prorſus *u* vetitum ſit, vt etiam vetitum *x* eſt, ne negotiationibus, alijſq. ſecularibus negotijs ſe immiſcere valeant Clerici.

Quod autem pecunias ex pretio illo redemptas poſſint in alios agros extra dominium Reipub. Venetæ emptos dare, ridiculum penè eſt. Nam ſi Venetijs admitteretur iſta prohibitio, & id quoque facere poſſe crederent alij Principes, & ſic nullibi Eccleſiæ ſtabilia poſſidere poſſent contra ius omne, omnemque æquitatem, cum non ſemper reperiantur, qui cenſuaria eorum prædia velint conſtituere. Quare ſanctè ſancitum *z* fuit, ne cogerentur Eccleſiæ bona acquiſita, & quæ forent deinceps acquirenda, quoquo titulo alienare.

Neque defendi poteſt Decretum, cum eius virtus non ſe extendat ad præterita, ſed ad futura, videlicet ad bona acquirenda, non item ad acquiſita, & Eccleſijs iam incorporata, tum facilius præiudicetur alicui in acquirendis, quam in iam acquiſitis. Et inter alios Prælatus ſuæ Eccleſiæ conditionem facere poteſt deteriorem in acquirendis, quam nequit in iam acquiſitis. Idque videtur ſenſiſſe

z c. 1. §. fin. de immun. eccl. lib 6 & l. qui aūt in princip. ff. de his quæ in frau cred. l fi. C. de acq. poſ. l. ſeruus, C. de pa. l. ſi ſponſus §. ſi maritus ff. de donat. inter vir. & vxor.

fiſſe gloſſa *a*, & poſt Innocentius *b*, Abbas *c*, & alij *d*. Itẽ Bartolus, ac fere ceteri iuris *e* ciuilis interpretes, ex recentioribus Io. Petrus *f* Surdus, & hanc eſſe communem opinionem poſt Federicum tenuit *g* Iaſon.

Reſpondetur etenim primo opinionem hanc, an Rector Eccleſiæ ei poſsit in acquirendis præiudicium inferre, eſſe valde dubiam, adeo vt idem Iaſon *h* fateatur Alexandrum contrariam, tanquam magis communem ſententiã ſecutum fuiſſe. Sed an vera, an falſa, commmunis, aut magis communis ſit, quid ad rem noſtram? Prælatus poteſt Eccleſiæ præiudicare in acquirendis, ergo & Princeps laicus? Vnde hæc argumentatio? quia ſi Prælatus poteſt non acquirere, poteſt tamen etiam acquirere, quod ſemper velle præſumitur? cum bonum, & dulce ſit, ſed ſi Princeps prohiberet, & teneret prohibitio, non poſſet Prælatus, etiam ſi vellet, acquirere, ideo forſan poſſet valere conſtitutio, ſi diſponeret Prælatum poſſe acquirere, ſi velit, & non acquirere, ſi nollit, non autem, ſi diſponat, quod non poſſit, etiam ſi velit. De facto quidem Eccleſiæ infert præiudicium Sacerdos, ſi delatam ſibi hæreditatẽ, aut legatum relictum, aut bona deuoluta non acquirit, non tamen præiudicat honori, dignitati, exiſtimationi, & priuilegijs diuina ordinatione, & ſacris canonibus Eccleſijs, Eccleſiaſticiſq. rebus conceſſis, ſecus vero legiſlator conſtituendo, ne eius ſubditi in Eccleſias alienare poſſint prædia, aliaque immobilia, cum huiuſmodi conſtitutio ſit directe contra ipſius Eccleſiæ libertatem, vt ſæpius dictum, & repetitum fuit.

Maxime cum expreſse, & aperte fuerit iure cautum *i*, non illis licere ipſas Eccleſias, vel perſonas, ad diſtrahendum, vel alienandum, ant extra manum ſuam ponendum acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare. Cum ergo adſit lex, eademque clara, vt diuerſos non patiatur ſenſus, ſeu intellectus, inane eſt, ne dicam impium, diſputare, quæ ſit communis opinio. Nam B. Auguſtinus in libro de vera *k* religione dicit; In illis temporalibus legibus, quamquam de ijs homines iudicent, cum eas inſtituant, tamen cum fuerint inſtitutæ, & firmatæ non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas. Ex quibus tolluntur omnes, quæ ad hoc propoſi-

a ad can. fin. 16. quaſtion. 16. b ad c. 1. de dona. ad c. tua circa fi. de his quæ fiũt à præl. ſine conſenſ. cap. d ad c. 1. de dol. & contu. & ad c. verum de for. compet. e ad l. iubemus nullã. C. de ſacr. Eccleſ. f conſ. 116. n. 81. g ad l. legatum nu. 19. verſ. quid tenendum de leg. 1. h ibid. n. 16. verſ. contr. opin.

i d. cap. 1. in fin. de imm. eccl. lu. 6.

k cap. 31. de quo in can. 3. diſt. 1.

tum illationes fiunt, ne de ſingulis conficiatur commentarium.

Neque ab huiuſmodi ſententia me remouet illa vtilitas publicas, nec illud commune bonum, ob quæ licitum aliquando eſt à priuatorum commodis recedere, & com muni *l* reipublicæ vtilitati impune accedere. Nanque conſeruare immobilia ſubditis, ad rationem publici, & vniuerſalis boni ſpectat, quoniam ſi ſubditi pluribus pollent ſtabilibus, & ſpecioſis rebus, ditiores quoque erunt & ſic in ſubeundis muneribus publicis longe meliores, aptiores, & potentiores, atque etiam in ſuportandis *m* oneribus priuatis, vt puta matrimonij, & aliorum, inde prouenientium commodiores, & faciliores. Quare haud parum intereſt Principis bona immobilia ſubditis conſeruari. Namque illis ſaluis, facilius *n* valent publica ſubire munera, ex quibus Principatuum, & Regnorum iura conſtant, ex eiſque Principes, & Reges eorum dominia conſeruant, & tuentur, piratas profligant, hoſtes expellunt, rapinas, incendia, & huiuſmodi ſcelera euitant; bonos fouent, malos deprimunt, rempublicam ſartam, tectam retinent, quo bono publico, & publica ſecuritate, & felicitate gaudent non laici modò, ſed loca etiam religioſa, eorumq. ſacri Præſides, & miniſtri. At ſi ſtabilia non poſſident ſubditi ad onera tam ordinaria, quam extraordinaria ſubeunda nec *o* ſufficientes ſunt, nec idonei, & ſic Reſpublica intacta, & illibata minus poterit cuſtodiri, cum Clerici ne quid grauaminis imponi rebus ſuis poſſe arbitrentur ex nouella Iuſtiniani *p* conſtitutione, & Alexandri iiij. *q* ſanctione. Ad quam notant omnes. Item Bartholus *r* Curtius *ſ* Iunior, Paulus de *t* Caſtro, Alexander *u*, Decius *x*, Boerius *a*, Calderinus *b*, ob quam potiſſimum rationem Signorol. *c* de Homodeis iſtius opinionis anteſignanus reſpondit per ſtatutum ciuitatis Mediolani, vt nullus ſubditus poſſit rem immobilem in non ſubditum alienare, cenſeri prohibitam etiam eſſe alienationem in eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas abſque periculo incurſus cenſurarum.

Cuius ſane dictum quamuis nonnulli perperam ſequuti ſunt, quos citant Decius *d*, & Cephalus *e*, contrariam tamen ſententiam eſſe veriorem, & communem teſtantur

l in l. actione §. Labeo ver. ſemper ff pro ſocio. l. 1 §. fin. C. de caduc. toll. l. vtilitas, C. de primipilo li. 12 m l. ſi quis à lib. ff. de libert. agnoſc. leg. de oneri. C. de iure dot. l. penul. C. de alend. liber. n l. ad ſubeunda, C. de Decur. lib. 10

o l. cura. §. inopes, & l reſcr. ff. de mun. & hon. p auth. item nulla commun. C de epiſc. & cler. q in d c. 1. de imm. eccl. lib 6. r ad d. l. reſcr. §. vlt. & ad l. vnic. de mulier. quæ ſer. prop. ſe coniun. ſ cõſ. 6. t ad l. 1. C ſi ne cenſu. ſeu rel. u conſ 102. lib. 1 x conſ. 353. a deciſ 260. nu. 11. b conſ. 7. de conſt. c conſ. 11. d ad d. c. eccl. S. M. n. 254. de conſtit. e conſ. 53. n. 36. & ſeq. li. 1

tur

tur Iaſon *f*, Horatius *g* Carpanus, Felinus *h*, Iulius Clarus, Plotus *k*, Hippolytus *l* Riminaldus *m*, Alba, qui iuribus, rationibus, & auctoritatibus in eundem Signorolum ardenter inuehitur, vel ea præcipua, eademq. efficaciſſima ratione, quoniam laici non poſſunt in ſpecie de Clericis quidquam conſtituere ex defectu, vt ſæpius fuit dictum, iuriſdictionis, quæ neceſſario in Principe legem condente requiritur.

Ex qua quidem ratione reprobatur etiam Bartoli *o* aſſertio, nimirum exiſtimantis, quando ſtatuta laicorum ſunt honeſta, & generaliter loquuntur, non eſſe contra Eccleſiæ libertatem, & ligare Clericos, tum quia ſunt omnino contra Eccleſiaſticam immunitatem, tum quia *p* deficit poteſtas in legislatore laico reſpectu rerum, perſonarumq. ſacrarum, & hanc eſſe Catholicam opinionem aſſeuerant Decius *q*, Alexander *r*, & Alba *ſ*.

Neque ſufficit publica vtilitas, & bonum commune, nam licet ſufficiat ad hoc, vt lex fieri poſſit, cum in eo conſiſtat iuſtitia, vt poſt Ariſtotelem, & S. Thomam ſcribit *t* Molina, atque huc ſpectent omnes leges, vt bene, beataque viuamus, hæc eſt ipſius *u* legis mens, iſta eſt virtus, vt etiam probat Fortunatus Garzias *x* in ſuo de vltimo fine tractatu, publica tamen vtilitas non tribuit non habenti iuriſdictionem, at porrò vbi deficit iuriſdictio, neceſſe quoque eſt, vt deficiat poteſtas ex illo vulgato *z* dicto, quod vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius eſſe debet, & ſic lex nulla, aut nullius roboris, & firmamenti. Scribit enim Marcus *a* Tullius, cum legem dico, nihil aliud intelligi volo, quam imperium, ſine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Imperium verò in perſona Principis, ſeu magiſtratus, nihil *b* aliud eſt, quàm poteſtas, vbi igitur deeſt, deeſſe quoque neceſſum eſt legis virtutem, & efficaciam.

Quæ ſanè concluſio eſt adeo vera, vt procedat, etiamſi cauſa ſtatuendi eſſet promiſcue Clericis, & laicis vtilis, & quod plus eſt, etiamſi conſtitutio reſpiceret merum Clericorum, eccleſiarumq. fauorem, & commodum, adhuc non comprehenderentur loca religioſa, & perſonæ ſacræ, quoniam attendi debet, quod eis proſit, quamuis illo,

ſi vel-

f ad l. filiusfam. S. Diui. n 75 & ſeq. ff. de leg. 1. g in commen. ſtatuti Mediol. inc. Colleg. neu. Conſt. tit. de pœn. verb. huic domini. num. 150. h ad d. c. eccl. n 81. & 89. i in pract. crim. q. 82. n. 2. K conſ. 19. n. 11. & 12. l. conſ. 15 n. 73. & ſeq. m conſ. 8. n. 9. 10. & ſeq. lib. 1. n d. c. eccleſ. vbi Abb. Fel. Decius, & alij omnes notant o ad l. 1. nu. 27. & 28. C. de ſumm. Trinit. p d. cap. Eccleſ. q ibid. nu. 353. verſ. ſed breuiter r conſ. 220. n. 6. in fin. ſ d conſ. 8. n. 8. concl. 5. t de inſtit. diſp. 2. u l. 1. & 2. ff. de legib. can. 2. diſt. 4. x n. 3. & ſeq. z l. illud ff. ad l. Aquil. a lib. 1. de legib. b l. poteſtatis in princ. ff. de verb. ſignif. l. cum qui ff. de iuriſd.

ſi velint, vti poſſint, ex ſæpius citata Innocentij c iij. Conſtitutione, vbi Abbas d, Barbatius e, & Decius f, item Socinus g, Purpuratus h, Lambertengus i, Nauarrus k, Surdus l, qui rationem reddit prælegantem. Nam ſi conſtitutio laicalis conſtringeret Clericos, non poſſet dici fauorabilis, quia licet ratione cauſæ, vel ſubiectæ materiæ poſſet prodeſſe ordini ſacro: noceret tamen, quatenus eũ ligaret, immo plus ei eſſet nocumento dum iuriſdictionem exercet, quam proſit, dum commodum tribuit temporale, & momentaneum, & nihil aliud eſſet, quam ſub ſpecie boni apparentis priuare Eccleſiam bono ſubſtantiali; hoc eſt tot immunitatum priuilegijs, & pro modico pecuniario commodo, emere eccleſiaſticam libertatem, quæ nullo æſtimari poteſt pretio, inque perſonas eccleſiaſticas acquirere poteſtatem.

c d. c. Ecc. S. M. d nu. 25. & ſeq. e n. 2. verſ nunc vero alteri f nu. 24. g conſ. 56. n. 1. lib. 1. h conſ. 377. n. 9. i de contract. eorum, qui ſine certa ſolennit. gloſ. 2. nu. 57. K conſ. 4. nu. 5. verſ. 3. lib. 1. l d. conſ. 301. n. 24. & conſ. 2. n. 15.

Et licet videantur vtriuſque iuris interpretes, & iura aſſerentia Clericos teneri ad ea, quæ publicam concernunt, vtilitatem, & bonum reſpiciunt commodum, & cõmune, ex quibus aliquot refero m & multos enumerat Iacobus n Menochius, vt puta cũ agitur de reparandis aggeribus iuxta mare, & flumina, ad euitandas inundationes, quæ facilè prædia abſorbere poſſent, ad refectionem põtium, viarum, fontium, & aliorum id genus. Item ad euitandas rapinas, incendia, captiuitates, ad effugandos hoſtes, & alia eiuſmodi pericula, quæ non minus Clericis, quam laicis poſſunt eſſe nocumento, & damno: attamen, paucis admodum exceptis, ſcribunt Clericos non obſtringi lege municipali, aliaue laicali, ſed Clericos teneri ad ea munera, quæ pro communi bono, & vtilitate publica debentur, vno enim verbo ius, altero honeſtas ſignificatur, quæ inſimul ſtare poſſe nemo non videt, vt bene reſpondit o Surdus, ſcilicet, vt Clerici ad ea teneantur onera, ſed ad illa minime obligantur ex lege, aut ſtatuto laicorum, ſed ex lege naturali, canonica, etiam ciuili, ſed à ſummis Pontificibus recepta, & approbata, vel habito p conſenſu ipſius Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, alioquin minimè tenetur, vt ipſe notaui q poſt alios, & præſertim Bartolum, qui ſcribit r, Eccleſiam neque ad viarum, neque ad pontium reſtaurationum teneri, niſi prædia ſint tributaria. Diuerſum ergo eſt dicere, teneri, & obli-

m lib. de ſacrorũ immunit. cap. 17. nu. 28 cum ſeqq. n conſ. 80 n. 29. cum ſeqq.

o d. conſ. 301. n. 29. verſ. & quãuis.

p cap. aduerſus de immunit. eccl. q d cap. 17. n 33 r ad l. ad Inſtaurationes in fin C. de ſacroſ. eccl.

& obligari ex lege, vnum quidem reſpicit qualitatem oneris, alterum reſpicit poteſtatem edentis, vel, vt dixi, vnum ius, alterum honeſtatem: vnde ex diuerſis *ſ*, & inter ſe quodammodo pugnantibus non infertur.

ſ l. Papinianus exul. ſ. ff de minor. t d. conſ. 800. n. 27.

Et quamquam ſint nonnulli, quos refert idem *t* Menochius, vt Sotus, Meſſias, Molina, Victoria, Driedonus, & id genus alij, qui putāt abſolute, & indiſtinctè obſtringi Clericos lege municipali, quoties commune bonum, & publicam continet vtilitatem, tamen debent intelligi, non quod Clerici teneātur ad id faciendum, vel omittendum ex eo, quia ea ſit lex, ſed quia in ea præcipitur, quod iuſtum eſt, & æquum, & vtilitatem reſpicit publicam, atque ita ligantur non lege, ſed ratione legis, & dictamine rationis naturalis, & canonicæ æquitatis, vt ſupra *u* dixi ex Plutarcho in libello de Doctrina Principis.

u cap. 5. § 3.

3 Nam etſi Princeps non ſubijcitur legibus vi coactiua, alioquin à ſemetipſo cogeretur, cum vim non ab alio, quàm à poteſtate ipſius Principis accipiant, tum nemo à ſemetipſo cogi poſſit, vt animaduerti *x* alias, quoad viā tamen dirigendi, qua Princeps ſubiacet legi auctoritate *y* propria, dicitur legibus non eſſe ſolutus. Nam ſi lex æqua, ac iuxtà ei viſa ſit quoad ſubditos, ita quoque videri debet æqua, & iuſta quoad ipſum. Eadem porrò ratione Clerici via non coactiua, ſed directiua deberent illas ſeruare conſtitutiones, cum bonum reſpiciant commune. Eodem fere modo reſpondit *a* Purpuratus, dicens, quod lex ciuilis quantumcunq. rationabilis, Eccleſiam non ligat vi coactiua, ſed cum iuſta eſt, ſuſtinetur per viam directiuam rationis, & tunc Clerici ligantur non lege, ſed naturali iuſtitia, à qua nemo ſubducitur, quamuis Imperatori legem ferenti non ſubijciatur.

x libr. 1. Animaduerſ. cap. 1.
y c. cum omnes ibi patere legem de conſt. c in cauſis de re iud. l. digna uox, C. de legib. l. ex imperfecto C. ad l. falcid.
a conſ. 331. n. 2. & 3.

Idem quoque tenet *b* Nauarrus, nam dum loquitur de lege laici pretia rerum moderantis, addit. Quod, etſi Clerici tali lege condita à ſeculari non ligantur, neque ei ſubiiciuntur, ſubiecti tamen ſunt legi naturali, & diuinæ, quibus interdicitur, quilibet plus iuſto pretio venden do exigere: tum conuenire Chriſtianæ charitati, quòd Principes Eccleſiæ huiuſmodi leges iuuent ſuis edictis. Atque ita vult aliud eſſe ligari vi legis, aliud teneri vi rationis.

b in Manual. c. 23. n. 88.

Idem

Idem etiam ſenſiſſe videntur Fortunatus *c* Garzias, Vaſquius *d*, & Surdus *e*, qui rectiſſime ſcribit, hanc diſtinctionem non eſſe nouam, ſed antiquam, nō verbalem, ſed etiam ſubſtantialem, ac plurimum intereſſe, an lex liget vi ſua, an vi rationis obliget. Nam vbi Clericos vi propria ligaret, vtique poſſet contra eoſdem idem ſtatuens, cognoſcere, maxime quia paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.

At nemo, quod ſciam, vnquam dixit Principem ſecularem poſſe Clericos, qui non obediunt legi ob publicam vtilitatem, ac etiam neceſſitatem latæ, aliqua pœna, aut multa afficere. Immo *f* Sotus, cuius auctoritate ſæpe exaduerſo ſcribentes vtuntur, tradit teneri quidem Clericos lege Regia publicata ad moderandum pretium bladorum, ſed eſſe exemptos à pœna temporali, cui ſe ſubſcribunt Medina *g*, & Franchus *h*. Hinc Nauarrus *i*, ait bene facere tali caſu Principes Eccleſiaſticos, ſi iudices ſeculares ſuis edictis iuuarent, quia inferre voluit, hoc modo Clerici contrauenientes punirentur pœna temporali, qua non poſſunt alioquin coerceri, ſi ab Eccleſiaſtico non ſit ad hoc promulgata.

Si ergo Princeps non poteſt vi, & auctoritate propria legem contra Clericum, & à ſe conditam exequi, multo minus poterit facultate, & poteſtate propria eum ſuæ legi ſubijcere, & obſtringere. Quocirca fateri neceſſe eſt, quod vbi clerici ad aliquid tenentur, quod ſtatuto municipali, aut lege principali prohibetur, præſertim quando publica interuenit vtilitas, aut vrget neceſſitas, tunc, & eo caſu tenentur, non quia lex per Principem promulgata faciat illud illicitum, ſed quia ratione naturali, vel lege charitatis, aut iuſtitiæ illud ipſum eſt vetitum, & Clericis interdictum.

Neq. ab his videtur alienus Ioachinus ſcaynus in ſuo *k* reſponſo pro Decretis ſereniſſimę Reipub. Venetæ, de quibus nobis ſermo eſt, qui ſcribit diſpoſitionem illam, quæ tendit ad officium charitatis non eſſe improbandā, tanquam illicitam, immo laudabilem *l* exiſtimandam, & poſt concludit, verum ex quo lex vtilis eſt Reipublicæ, & ſubditis ſalutaris, non debet, nec poteſt redargui Princeps, qui talem legem tulerit æquiſſimam, conſi-

c in d. tractatu de ultimo fine in 13. illatione, nu. 158. & nu. 160. d in tract. de ſucceſſ. creat. libr. 1. §. 10. n. 631. e d. conſ. 301. nu. 31. uerſ. hac autem.

f in 4. ſent. diſt. 25. q. 2. art. 2. col. 4. uerſ. 4. concl. g de inſtit. diſp. 31. h deciſ. 9. n. 6. 1. i d. cap. 23. n. 88.

k ad præd. Decr. uerſ. 5. fol. 64.

l in l. præſes, C. de ſeruit. & aqua. l. ſi quis §. de alim. ff. de liber. agnoſ.

derata eius principali intentione, & ordinata, charitate, quanuis per accidens in quandam conſequentiam aliquid ex ea præiudicium perſonis Eccleſiaſticis inferatur. Quaſi inferri velit, Clericos non vi Decreti, ſed ex quadam, æquitate, & chiaritis lege teneri ad illus obſeruationem, inobediens tamen nulla temporali poena coarctari. Nã, & ſi Sotus, Victoria, Molina, Franchus, & alii haud male exiſtimarunt peccare Clericum legis non obſeruantem, non dicunt tamen eum aliqua temporali poena affici: ſiquidem regula chiaritatis, & iuſtitiæ obligat ad peccatum, quæ etiam procedit in eleemoſynæ diſtributione, vt poſt Abbatẽ, Felinum, & alios, quos citat, tenet Didacus *m* Couarruuias, cui adhæret, & Surdus *n*: poena vero temporalis non infligitur, niſi lege *o* cautum ſit expreſſa. Et ratio eſſe poteſt, quia licet Clericus non obediens legi chiaritatis, & regulæ iuſtitiæ, Dei maxime offendat maieſtatem, & illicitum quid facere videatur, attamen temporali poena mulctari, aut plecti non poteſt; cum non ſonet in delictum, Baldo *p*. adſtipulante, & dicente, non omne in honeſtum eſt delictum, & *q* alibi, non omne illicitum punitur, ſed illud tantum, quod lex ſtatuit eſſe delictum. cuius ſententiam pluribus confirmat Natta *r*.

Quibus congruit illud Apoſtoli ad Romanos *ſ*, Per legem enim cognitio peccati, & paulo *t* poſt: ſed peccatum non cognoui niſi per legem. nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces. punitur ergo Clericus a Deo rerum omnium factore poena ſpirituali, ſed non ab homine, poena temporali, non igitur vi legis punitur, at ſi vigore legis mulctaretur, poena item temporali afficeretur, vel ex præſcripto legis, ſi extaret lex, vel iudicis arbitrio, cui *u* ſtandum, quando in lege certa non eſt conſtituta poena. Et hæc ſufficiant pro utilitate publica, & bono communi.

Neq. dubium facit, ſi dicatur prædicta eſſe vera; quando lex municipalis multum inferret detrimenti, aut læſionis plurimum Eccleſiis, perſoniſq. Eccleſiaſticis, non æque ſi parum, aut modicum damni illis afferat: quia de minimis, vt in prouerbio eſt, non curat Prætor. Quoniã reſpondetur nullibi fieri hanc modici, vel magni præiu-

m lib. 3. uar. reſ. c. 14. n. 5.
n in tract. de alimen. tit. 1. q. 50. n. 2.
o *§. cũ igitur anch: di: nõ elig. ſe cun. nupt l. etſi gs §. Diuus ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*
p conſ. 14. lib. 1.
q conſ. 15. eod. li. 1
r conſ. 535. n. 9. et 10. & conſ. 5. 95. n. 10.
ſ c. 3.
t c. 7 de quo et in c. nã concupiſcen. de cõſtit.
u l. 1. & tot. tit. ff. de extraord. cognit.

dicii diſtinctionem, & quatenus fieret minimum perinde, atq; maximum haberi in conſideratio ne; quoties de tertiii agitur præiudicio, vt in exceſſu man dati executi ui, etiam in obolo ex doctrina *x* Iaſonis communiter re cepta. Idem dicitur in emphyteuta, qui deficiens in vno nummo ſoluendo penſionem, a tota cadit *y*. quia idem iudicamus de minimo, quod de magno, vt pulchre declarat Tiraquellus in ſuo tractatu de iudicio in rebus. exig. in fine.

Præterea ſi vera eſt illa concluſio, quæ eſt vero verior, vt lex municipalis, ſeu Principalis nullius ſit roboris, & momenti, etiam ſi in fauorem ordinis ſacri tēdat, vt enar ratum *a* eſt ſupra, multo minus eſt valitura, ſi modicum inferratur damni. Quod Ioannes Lupus *b* in ſuo de liber tate Eccleſiaſtica tractatu videtur affirmare.

Quinimo eadem libertas violari dicitur, etiam in vna particulari Eccleſia, in vno ſolo Clericico, vt puta ſi coram *c* ſeculari iudice conueniatur, quia in eo vniuerſalis Eccleſia offenditur, ita diſſeruit Cardinalis *d*, & poſt eum Decius *d*. ſi quidem Eccleſia velut in *e* magnis, ita, & in minimis firmam debet habere vnitatem, cum eadem ſit ratio in miuimo, atque in magno.

Addi poteſt, quod ſæpe, ac ſępius fuit ſcriptum, laicis quantumuis ſupremis Principibus neq. directe, neq. in directe vllam *f* in Eccleſias, perſonaſque, & res Eccleſiaſticas competere facultatem, neq. igitur in re minima; nam qui totum dicit, omne *g* concludit. Quæ regula tam in paruo aut modico, quam in maximo militat, vt dictum eſt in vno Clerico.

Ex quibus conuincuntur etiam in eo, quod aſſeuerant, Decretum, quo de agitur, non dirigi ad clericos, ſed ad laicos duntaxat, quibus *h* vti ſibi ſubiectis Principem im perare poſſe nemo inficiatur, ſed quoties Clericis non im ponitur lex, ſed laicis duntaxat, lex non dicitur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam. Tanto magis, quia Principi fas eſt legem ad communem ſubiectorum ſuorum vtili tatem facere, etſi ius aliquorum ex eadem lege lædatur, vt in ſimili tenuerunt Bartolus *i*, Ruinus *k*, Decius *l*, Pariſius *m*, Craueta *n*, quoniam non quod inconſequen tiā venit, ſed quod principaliter *o* agitur, attēdi oportet.

x ad l. ſi non ſortem. §. ſi certum, n. 2. ff. de cond. in deb. y Spec. de locat. §. nūc aliqua n. 40. ver. 29. late Natta conſ. 478. n. 7. Rolan. conſ. 87. lib. 2.

a ſup. hoc c. verſ. concluſio adeò.

b p. 1. q. 8. n. 2. ver ſic. nam ita lęditur libertas.

c in c. ſi diligenti de for. compet.

d ad c. perpendimus, q 4. & 5. de ſent. excom. d ad d c. Eccl. S. Mar. n 13. de conſtit.

e cap. maiorib. de prabend.

f can. laicis. 16. q. 7. c. cum laicis de reb. eccl. nō alien. d. c. eccl. S. M de conſt. g l. a procu. C. mand. l. Iulia. ff de leg. 3. c. ſolita §. pen. de maior. et obed.

h 2. cod. de maior. & obed.

i ad l. tutior, ff. de pollicit. K conſ. 46 n. 3. lib 1. l conſ. 320. n. 10. m conſ. 1 num 46. lib. 1. n conſ. 135. n. 30.

o l. ſi quis nō cauſā. ff ſi cert. petat. l. ſi ſpon §. ciue ff. de donat. inter vir. & vx.

Quibus videtur mirifice idem Marcus Antonius *p* Othelius ſatisfeciſſe, videlicet, etſi verba Decreti non dirigantur ad perſonas eccleſiaſticas, mente tamen, & intentione libertas Eccleſiaſtica infringitur: recipi tamen non poteſt eius exceptio; vt procedat, quando conſtat prohibitionem malitioſe, & principaliter in odium, & præiudicium Clericorum fuiſſe factam.

Si quidem negari non poteſt, quin malitioſe, & principaliter fuerit huiuſmodi Decretum in maximum odium, & euidens detrimentum Eccleſiarum, totiuſq. ordinis ſacri emanatum, cum expreſſe in eo caueatur; Ne quis in Vrbe Venetiarum, eiuſq. Ducatu bona immobilia ad pias cauſas teſtamento, vel donatione inter viuos relinquat, aut alio quouis titulo alienet. & quæ ſequuntur in eodem Decreto facto die 26. Martii. 1605. in hærendo alteri decreto anno 1536. Ex quibus ſane verbis liquido etiam conſtat non modo mentem Decreti, & intentionem dirigi ad perſonas eccleſiaſticas, ſed ipſa quoque met verba.

Et vtroq. caſu nullum dicitur *q* illud Decretum, veluti factum a non habente poteſtatem, & contra libertatem eccleſiaſticam. Vnde Felinus *r* poſt Abatem ſcribit; quanuis lex ciuilis contineat bonum publicum, & non repugnet canoni, vtiliſq. ſit eccleſiæ, non tamen valet, ſi de Cleritis expreſſe diſponat. Fortunatus *ſ.* Garzias Felino, Decio, ex aliis ad hærens dicit, quod lex ſecularis, quam tumius iuſta, bonum continens publicum, & communem vtilitatem, non tamen ligat Clericos, niſi ſit a ſummo Pontifice confirmata, & eo caſu ſumit robur a confirmante, quoniam ea *t* noſtra facimus, quibus noſtram impartimur auctoritatem. multo igitur minus, cum expreſſa fiat mentio, & Eccleſiis maximum inferatur damnum, & præiudicium, vt hic.

Neq. ſufficit ad validitatem Decreti, quod lex imponatur ſubditis, niſi etiam ſint de re circa quam legem ferens habeat poteſtatem, & parum prodeſt, quod prohibeatur ſubditis, niſi etiam, quod præcipitur, pendeat à poteſtate præcipientis, vt bene ſcribit *u* Surdus, ſed lex iſta, vt ſæpius fuit repetitum, non dependet a poteſtate Principis laici. Quiquidem ſtatuere poteſt in perſonas

p ſuo reſp. verſ. & ſi quis dicat ſ. 38

q d. c. Eccl. vbi notant omnes.

r ibid. n. 23. in fi. verſ. recipit autẽ prædicta.

ſ in tract. de vlti. ſi. n. 158. & ſeq.

t l. 1. C. de veter. iur. enucl.

u conſ. 308. n. 86. verſ. præterea.

ſibi ſubditas,ſed ita ne per iudirectum fiat Eccleſiæ præiudicium , & fiat , nec ne , non tantum conſideratur verbalis ipſius conſtitutionis expreſſio,ſed effectus,& intentio legislatoris,ad quem finem porrigatur ; vt in ſimilibus terminis reſponderunt Ancharanus *x* , & Socinus *a* . At hic non opus eſt intueri , quæ nam ſit intentio, qui finis Decreti , cum eius verba , vt ſupra eſt relatum , ipſa ſint meridiana luce clariora.

Neq. aliter ſenſerunt Geminianus *b* , & Socinus *c* Iunior,de Signorolo non loquor (de quo dici poteſt , quod de Eraſmo itum eſt in prouerbium,poſuit oua*)* quos allegat Othelius,vt prædictum Decretum non dicatur contra libertatem Eccleſiæ,cum Clericis frenum non imponat , ſed ſubditis tantum præcipitur ; quoniam ipſi intelligunt , quando præcipitur quidem laicis ſubditis;præceptum tamen non tenditur directe , neq. indirecte contra ipſos Clericos,eorumq.libertatem, vt fati ſumus.

Ad illud vero,quod obiicit Scaynus*d* , Principem non debere deterioris eſſe conditionis , quam ſit priuatus, & eius ſubditus : quippe qui poteſt teſtamento cauere, hæredem inſtitutum ab eius hæreditate excludere ſub conditione ſi monaſterium fuerit ingreſſus,& vitam elegerit monaſticam , dummodo aperte de hac ipſius voluntate appareat,vt tenuere Salicetus *e* , Paulus *f* de Caſtro, Decius *g* , Alexander *h*, Crauetta *i* , Couarruuias *k* , vel ex certiſſimis coniecturis id ipſum à teſtatoris iudicio colligi potuerit , vt ſenſerunt Couarruuias,Pariſius *l* , & Illuſtriſſimus Cardinalis *m* Mantica poſt *n* Decium.

Reſpondetur primo eiuſcemodi opinionem non eſſe adeo tutam,& veram , vt non habeat ſuas difficultates; & plures , & maximæ auctoritatis , vt idem ait *o* Couarruuias,viros, qui contrariam ſententiam veriorem eſſe haud temere opinantur.

Secundo Non valet argumentum a priuato, vt ſupra dictum *p* fuit , ad principem, tum quia priuatus plus iuris habet in bonis propriis,quam habeat princeps,ex illa ſua generali poteſtate , & imperio , tum quia priuatus in re ſua habet poteſtatem ad dandum, vel non dandum neceſſariam , quod non eſt, vt ſcribit Decius *q* , in principe , qui ſibi obſtantibus ſacris conſtitutionibus nō poteſt

x conſ. 155. n. 8.
a conſ 241. n. 4 in ſi. verſ. ſi verò li. 2

b ad cap. ſi. de immunit. eccl. lib. 6.
c ad l ſiliusfa. §. Diu. n. 170. de leg. 1.

d in d. ſuo reſp. in 1 decr. ver. 6. ſ 64

e ad auth. niſi rogati. n. 6. f ibid n. 3 g ad c. in præſ. ſentia, nu. 64. de probat. & conſ. 259. n. 2. h conſ. 121. nu. 13. lib. 2. i conſ. 152. nu. 1. ver. præter. K lib. 1. var. reſolut. c. 19 n. 11. ver. 4. l cōſ. 12. n. 9. lib. 3. m de coniect. ult. volunt lib. 11. c. 7. n. 18. & 21. n d. cōſ. 159. o c. 19 n. 12. p ſup. eod. c. verſ. neq. dubium facit cum ſeq.
q ad d. c. Eccl S. M. n. 249. ver. nō obſtat.

poteſt diſponere quidquam in damnum, & præiudicium, immo nec in commodum, nec in vtilitatem Eccleſiæ, eiuſque præſidum, & miniſtrorum.

Deniq. nemo inuitus *r* bene facere cogitur, & cum vnuſquiſq. ſit rei ſuæ *ſ* moderator, & arbiter, iure merito poteſt rebus ſuis illam, quam *t* maluerit, legem imponere. Neq. diſſenſerunt ſacrarum legum antiſtites, vt videre eſt in illa Alexandri *u* iij. conſtitutione. Vnde fauor monaſterii, & religionis non eſt adeo priuilegio dignus, vt impediat manifeſtam teſtatoris voluntatem, quæ inuiolabiliter *x* obſeruanda eſt: neq. eius executio *a* omitti poteſt, quod, & Baldus *b* dixit.

Et ſolus ipſe Romanus *c* pontifex, qui omnia poteſt, ex cauſa valet diſponere contra teſtatoris voluntatem, eiuſdem *d* Baldi teſtimonio. Quæ non habent locum, ſi teſtator ſine cauſa filium ex hæredaret, vt rectiſſime adnotauit *e* gloſſa, per ea, quæ diffuſe diximus *f*, ſic, & in caſu noſtro, quando apparet teſtatorem voluiſſe conſtituere primogeniturã, & bona ſua extra familiam non alinari, ſubſtitutus, qui eſt agnatus, & eadem bona in agnatione, & familia conſeruare tenetur, non poteſt per monaſteriũ excludi; quia ſimiles inſtitutiones primogeniorum, ipſaq. primogenia nequeunt Monachis, aut Presbyteris aptari, vt poſt Ioannem *g* Lupum, & Alexandrum *h*, & Iaſonem *i* tradidit idem Couarruuias *k*. Quibus ſe ſubſcripſerunt duo eximii Cardinales de iuris prudentia benemeriti, Pariſius *l* vnus, & alter *m* Mantica.

Eadem fere ratio videtur militare in alienatione rei dotalis lege ciuili prohibita, qua Clericos perinde affici, atq. laicos ex Abbatis *n* doctrina contendit idem *o* Scaynus. Neq. alia ab eodem *p* Abbate redditur ratio, niſi quia mulier efficitur inſufficiens, & inhabilis ad alienandum. Eadem cauſa caueri poſſet, ne ſubditi bona immobilia in eccleſiam alienent.

Reſpondetur pluribus modis, ac primo ſi loquimur de priuato, nulla ex ſupradictis remanet hęſitatio, cum priuatus rei ſuæ *q* ſit omnino dominus, & moderator, tũ legem *r* eiſdem poteſt imponere.

Secundo quia ſumus in re dotali, quæ pluribus eſt munita priuilegiis, cum dotis cauſa ſemper, & vbiq. præcipua

r can. iud. 45. diſt. can. ad fid. 24. q. 5
ſ l. in re mandata C. mand. l. & ſi lege §. conſuluit, ff. de pet. hered.
t l. 1. C de ſacroſ. eccl. §. diſponat. auth. de nupt. l. quoties, C. de don. quę ſub mod.
u de qua in cap. uerum, de cond. appoſ.
x can. ult. uolun. 13. q. 2.
a can. admonere, cum ſeq. 16. q. 1.
b ad l. milites, C. de relig. & ſump. funer. c Clem. quia contingit, de relig. domib. d in conſ. 297. ad fi. lib. 2.
e ad d. can. ult. uoluntas. f ſup. uer. ad ſecundũ uero.
g ad rub. de dona. §. 16. n. 4. & 14.
h conſ. 100. lib. 4. n. 12. i ad l. Gall. §. & quid ſi tantũ n. 42 ff de liber. et poſth. K d. c. 19. n. 11. uerſ. 3. l d. conſ. 12. n. 9. lib. 3. m d. c. 7. n. 21.
n ad d. c. eccl. s. M. nu. 46. & ad c. q cler. n. 30. de fo. cõpet. o d. ſuo reſp. uer. 3. ſ. 60 p lo. cit.
q d. l. in re mand. C. mand. c. uerum de cond. appoſ.
r l. 1. C. de ſacroſ. eccl. cum alijs ſupra allegat.

pua fuerit, vt ait *ſ* Pomponius iuriſconſultus: nec aliter ſenſerunt philoſophi, vt videre eſt apud Ariſtotelem *t*, Plutarchum *u*, & Ciceronem *x*, qui ſcribit, coniugium eſſe vrbis principium, & quaſi reipublicæ ſeminarium Ob id reipub. intereſt *y* dotes mulieribus conſeruari, cum dotatas eſſe foeminas, ad ſobolem procreandam, & replendam liberis ciuitatem ſit maxime neceſſarium. Hinc videmus prædia dotalia inæſtimata virum alienare, vel pignori obligare non poſſe, ne conſentiente quidem vxore, Hæc prædia licet ſint in bonis mariti, mulieris *b* tamen ſunt, quia mulier, vt doctiſſime expoſuit *c* Cuiacius, iure naturali eſt domina, maritus fictione iuris ciuilis. Et ideo liberum eſt mulieri, vt vel ea vindicet recta vidicatione quaſi ſua, vel hypotecaria quaſi aliena, vt idem auctor *e* eſt Iacobus Cuiacius.

Tertio ſumus in re particulari, non in generali, nec vlla in prædicta lege mentio fit Clericorum, & ſic non videtur in odium facta, vt ſuo loco eſt dictum, Deniq. ſumus in muliere; quę cum ſit imbecillis vt ſcribit Iuſtinianus *f*. atq. inſimul Quintilianus dicens imbecillis res eſt foemina, & ob imbecillitatem facile decipiatur, vt Ariſtoteles, & eius interpres Auicena aſſeuererant *g*, & confirmat Ouidius illo verſu,

Fallere credentem non eſt operoſa puellam Gloria.

Sanctus quoq. Chryſoſtomus *h*, ſexus, inquit, mulierum incautus, & mollis eſt, incautus; quia non omnia, quæ videt, vel audit cum ſapientia, & ratione conſiderat, mollis audē, quia facile flectitur, vel de malo ad bonū, vel de bono ad malū. Inquam rem venit etiā quod ſcriptum reliquit S. Ambroſius *i*, Quem vocauit ad culpam mulier vt eum gubernatorem aſſumat, ne iterum femina facilitate labatur, Hinc cum quæritur, quare nuptiæ inter conſanguineos, & affines humano, diuinoq. iure prohibeantur, vi multæ afferūtur a ſacris, & profanis auctoribus eiſdemq. grauiſſimis rationes, quas diſtincte recens, *k*, mihi tamen plurimum arridet illa, quam Plutarchus *l* in medium detulit hiſce verbis, mulieres propinquis, & cognatis non nubent? Quoniam mulieres propter imbecillitatem multorum ope; & auxilio egentes, propinquis idcirco adiungere noluerunt; vt ſi quæ a viris ſuis iniu-

ria

ſ l. 1. ubi notãt omnes, ff. ſolu. matr.
t lib. 2. c. 7. Politic.
u in Apoph. laconis de lycurgo
x lib. 1. officiorum.
y d. l. 1. ſol. matri.

a l. 1. §. & cũ lex C. de rei uxor. act.
b l. quamuis, ff. de iur. dot. l. in rebus, C. eod. l. Lucius, §. idem reſpondit, ff. ad municip.
c in cap. 32. lib. 10 obſeruat. d in d. l. in rebus.
e ad Nouell. 61.

f l. imperialis in princ. C. de nupt.
g lib. de animal.

h in Matt. homel. 23.

i in Geneſ. lib. 5. c. 7. de quo in can. Adam. 35. q. 3.

k lib. 1. c. 16. animad.
l in problem.

ria afficerentur, cognati opem afferrent. Porro, & Iuſtinianus *m* optime noſcens maritorum ſeductionibus facile decipi, vt idemmet ait, illis ſubuenire voluit. Quocirca ab Vlpiano *m* dicitur laudata ampliſſimi ordinis, hoc eſt Senatus conſulti Velleiani prouidentia, qua opē tulit mulieribus propter ſexus imbecillitatem multis huiuſmodi caſibus ſuppoſitis, atq. obiectis. Vnde eleganter profectò Balduſ *n* explicauit, & reſpondit ea ſtatuta, quæ incontractibus mulierum requirunt conſenſum propinquorum, habere in ſe naturalem rationem, quia mulieres multis deceptionibus patent. Cui adſtipulantur, & Decius *o*, & Iaſon *p*.

m in d. Nouell. 61 auth. ut immob. ante nupt. donat. §. 1.
m in l. 1. ff. ad S. C. Velleian.
n ad c. 2. de proba & in conſ. 115. n. 2. in fin. lib. 1.

Cum igitur mulieres ob earum imbecillitatem ab iuris auctoribus ſint pluribus circumſeptæ priuilegiorum mœnibus, in iis præſertim, quæ ad rem dotalem ſpectant, vt dictum eſt ſupra, mirum equidem videri non debet, ſi prohibitio illa a lege inducta ſe etiam extendat ad Clericum æque, atq. ad laicum, cum ab illo, atq. ab iſto etiam decipi, ac falli non multo negotio potuiſſet.

o conſ. 61. p ad l. non tantum, n. 7. ff. de re iudic.

Quod, & Chriſtus ipſe videtur apud *q* Mattheum indicaſſe, væ vobis, inquit, Scribæ, & Phariſæi hypocritę, quia comeditis, domos viduarum, & orationes longas orates; & apud Lucam: Qui deuorant domos viduarum, ſub obtentu prolixæ orationis. In Clericos ſui temporis viduarum bonis anhelantes inuheuntur etiam ſancti *r* Ambroſius, & Hieronymus *ſ*. Ob quam ſane cauſam mihi ſummopere placet opinio Cardinalis Baronii, nimirum exiſtimantis, Conſtitutionem Valentiniani, quæ in Theodoſiano *ſſ* Codice continetur in hæc met verba (Eccleſiaſtici Viduarum ac pupillarum domos non adeant, & poſt aliqua, Cenſemus etiam, vt memorati nihil de eius mulieris, cui ſe priuatim ſub prætexu religionis adiunxerint, libertate quacunque, vel extremo iudicio poſſint adipiſci, & omne in tantum inefficax ſit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum; vt nec per ſubiectam perſonam valeant aliquid vel donatione, vel teſtamento percipere) factam, & promulgatam, id Papa Damaſo procurante, quo magis clericorum, & Monachorum auaritiam in immenſum auctam facilius poſſet comprimere. Qua de re alibi quoq. ſumus *t* dicturi. Tum aqua, iuſtaq. ſit,

q cap. 23.
r cap. 12.
r in ſerm. 7.
ſ in epiſt. 2. ad Nepotian. in epiſt. 3. ad Heliodorū, & epiſt. 22. ad Euſtochiū ſ in to. 4. ann. 370.
ſſ in l. 20. de epiſc. & cler.
t in c. 9. verſ. de Marciano, & verſ. quinimo.

ſit, tanquam in æquitate, & naturali ratione fundata, à Clerico *tt* poteſt impune obſeruari, veluti à ſacratiſſimo legislatore non improbata. Namq. ſummi Pontifices huiuſmodi conſtitutiones nõ modo tollerant, ſed etiam illis plerumq. ad diremendas eorum, clericorumq. controuerſias vtuntur. Quapropter Innocentius *u* huius nominis iij. in hæc verba reſcripſit, ſancta Eccleſia legum ſecularium non reſpuit famulatum, quæ æquitatis, & iuſtitiæ veſtigia imitatur. Et Lucius *x* pariter iij. ſicut leges non dedignantur ſacros imitari Canones, ita, & ſacrorum Canonum ſtatuta principum conſtitutionibus adiuuantur. Hiſdem exemplis plena ſunt ſacrorum Canonum volumina, ex quibus plura *x* collegii, & lectori pluribus ab hinc annis ſub oculis poſui.

Cum autem emptio, & venditio ſit contractus *y* vltro, citroq. obligatorius, & ex contractu oriatur obligatio, ex obligatione *z* actio: quocirca ex contractu actionem dari, ex obligatione naſci dicimus. Plane, & obligationis verbum generale ſit, & tam ciuilem, quam naturalem, *&* contineat. Si clericus à muliere, cui interdicta eſt rei dotalis alienatio, emerit, nullam habebit actionẽ, nec ciuilem nec naturalem, vt egregie ſcribit *ʒ* Abbas, qua poſſit contra mulierem venditricem experiri, quia nullus *a* eſt contractus, tanquam contra legem æquam, & iuſtam initus. Hinc Bartolus *b* tradit mulierem, quæ obligare ſe prohibetur ſine agnati conſenſu, neq. pactum facere debitori de non petendo poſſe, quoniam ex eo ait *c* Alciatus, naturaliter non petere obligaretur. Ex quibus ſane omnibus liquido apparet fieri non poſſe illationem à prohibita rei dotalis alienatione ad alias omnes alienationes nullo ſpeciali priuilegio vallatas.

At quod huiuſmodi Decreta non alienandi bona immobilia in Eccleſiam alibi vigere ſcribit idem *d* Scäynus, præſertim in Regnis Galliæ, & Luſitaniæ, negari non poteſt. Porro quod attinet ad conſuetudinem, ſiue legem ſcriptam Gallicani Regni ſatiſdictum *e* eſt alias.

Maior videtur eſſe de Luſitana lege hæſitatio, cum Ludouicus *f* Molina vere dixerit lege prouiſum eſſe in eo Regno, vt neq. Eccleſia, neq. Monaſteria emere poſſint bona aliqua immobilia abſq. licentia Regis. Quod ſi vel do-

tt argu. c. litt. de reſp. ordin. c. inter dilo. §. ult. ubi gl. in uerb. in quo dic de exceſſib. prælat. u in c. ſup. ſpec. de priuil.

u in c. 1. de no. op. nunciat.

x in c. 12. lib. 2. Animad.

y l. labeo. 19. ff. de uerb. ſignif.

ʒ l. licet. ff. de procurat.

& l. 1. §. 1. ff. de pact.

ʒ add. ccecl. n. 46 & ad d. c. q. cler. n. 30. uer. unde ét.

a l. cum lex, ff. de fideiuſſor. l. non dubium, C. de legib. c. 2. de maior. & obed.

b l. non dubium, C. de legib. c. 2. de maior. & obed.

c ad d. l. labeo, nu. 13. ff. de uerb. ſig.

d in d. eius. reſpon. uer. 8. f. 71.

e ſup. c. 4. §. 18.

f in tract. de iuſt. & iur. part. 1. diſp. 140. uer. quia de iur. huius Luſi.

natione, vel ſucceſſione aliqua illis adueniunt, tenentur illa alienare intra diem,& annum,niſi obtineant facultatem à Rege,vt illa ſibi retineant,ſed an Sereniſſimus Reipubl. Venetæ Princeps eadem facere Decreta valeat, quæſtionis eſt.ego equidem in ea ſum ſententia,vt exiſtimem poſſe, foreq. valituram, eamque ab Eccleſijs,& Monaſterijs, alijſque religioſis locis obſeruatam iri, ſi concurrerint ea omnia,quæ concurrunt in legem, ſeu conſtitutionem Luſitani Regni.

Sciendum in primis eſt legem illam, quæ continetur in libris *g* legũ Regni,eſſe factam ab Alfonſo huius nominis tertio,eo tempore, quo erat excommunicationis vinculo innodatus,& omne Regnum interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſitum;quòd idem Alfonſus Mathildem Bononiæ comitiſſam eius vxorem propria auctoritate repudiaſſet, & Beatricem Alphonſi x. Caſtellæ Regis filiam ſuperinduxiſſet, vel vt alij, ac quidem veriùs exiſtimarunt ob hanc vnam poſſimum cauſam eundem fuiſſe Alphonſum Luſitaniæ Regem anathematis mucrone percuſſum, & eius Regnum eidem interdicto ſuppoſitum, quod huiuſmodi promulgaſſet legem, vniuerſo reclamante Clero, ſed poſtea habita Regis intentione concordarunt,ad certaque capita, ſeu vt vocant articulos,deuenerunt, quorum vnus eſt ille, quem refert Molina: Ne Eccleſiaſtici bona immobilia emerent,&c. ſub Nicolao,inquam, iiij. Qui per Breue ſub datum Romæ anno ſui Pontificatus ſecundo,Decano Conimbrienſi, Cantori, & Archidiacono Olſypponenſi iuſſit, vt ipſi omnium Prælatorum illius Luſitaniæ coronæ nomine ſtipulationem, & approbationem à Rege Dionyſio eiuſdem Alphonſi filio, & ſucceſſore circa hos articulos initam acceptarent. Denique, vt vltima huius rei apponeretur manus, bullam eodem ſecundo anno deſuper expediri mandauit. Quæ omnia in archiuio illius Regni conſeruantur, & ſi quædam exempla circumferuntur.

g lib.2.tit.16.

Neque videtur niſi maxima cum iniuria pietatis, & deuotionis illius Regis Dionyſij poſſe omitti eundem met Regem viros Eccleſiaſticos, videlicet Martinum Pirez, Cantorem Eccleſiæ Elborenſis, & Hieronymum Martinez Canonicum Conimbrienſem, cum exaduerſo præter

alios vnus eiuſdem ciuitatis Antiſtes pro huiuſmodi con cordia procuratores, Romam miſiſſe, quo magis optima Regis pietas, & intentio manifeſtaretur. Ex quibus haud obſcure apparet legem eſſe iuſtam, cum facta ſit de conſenſu eorum, quorum intererat, tum auctoritate Apoſtolica confirmata. Quare dici non immeritò poteſt Apoſtolica conſtitutio, cum omnia noſtra *b* facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur. Ita quoque teſtatur, & ſcribit Franciſcus *i* Cælius.

b l. 1. C. de vet. iure enucleand.

i in tract. de immunit. eccleſ. in fine.

De iuſtitia autem illius legis conſtat aperte ex ijs, quę dicturi ſumus, ſiquidem in toto Luſitaniæ Regno decimæ, & primitiæ ad vnguem perſoluuntur, ita vt non modo ex omnium frugum, & ſeminum genere in area, à qua quidquam auferri, non habita Eccleſiaſticorum licentia, piaculum eſt, ac fere ad inſtar ſacrilegij: verum in aliquibus etiam oppidis, & ciuitatibus plerumq. eas ſoluant ex farina, & piſtores ex panibus ſibi pro mercede largitis. Item ex omnibus omnino arborum fructibus, alicubi etiam ex floribus, ex omnique pecudum genere, vel decima æſtimationis, ſeu valoris pars, ſi decenarium numerum animalia non attingunt. Immo ex lacte etiam, ex caſeis, ex lana, & alijs id genus, & quod mirum eſt ex paſculis animalium, etſi ex eiſdemmet ipſis reddi debeat, ac denique ex maris, & fluuiorum piſcibus.

Accedit ſecundo Eccleſiaſticos omnes ſiue ſeculares, ſiue regulares adeo ſuis gaudere immunitatibus, vt ex ipſorum prædijs, agris, pratis, alijſque omnibus nec primitias, nec decimas, nec aliud quidquam ſoluere poſſunt, aut debent.

Vltimo ex ijſdem primitijs, decimiſq. & ceteris pro bonorum diuerſitate tributis, omnes Eccleſiarum Præſides, & miniſtri, vtputa Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Parrochi, atque alij omnes, firmos ſtabiles, & determinatos habent ſuos reditus.

Hinc ſane fiebat, quod ſi Monaſteria, aliaque loca religioſa habuiſſent facultatem emendi bona immobilia, maximum Eccleſijs Cathedralibus, Epiſcopis, & Parrochis inferretur præiudicium, cum ſint, vt prædictum fuit, à ſolutione primitiarum, decimarum, omniumq. aliorum onerum penitus exempta. Quare lex illa non odioſa,

non

non damnoſa, ſed fauorabilis, & vtilis Eccleſiæ. Ex qua ſi qui ſunt, qui damnum ſentiunt, ij regulares ſunt, nam etſi lex illa generalis videatur, audio tamen in ſolis regularibus habere effectum. Neque iſti in illo Luſitano Regno hac lege ſe grauatos putant, cum alterius legis, ſeu veteratæ conſuetudinis beneficio poſſint non ſolùm in paternis bonis ſuccedere, ſed etiam in maioratibus, niſi à teſtatore expreſsè vetitum fuerit.

Hac quoque lege minus obſtante, aliud religioſis adinuentum eſt remedium, quo immobilia, qualiacunq. ſint, ipſis acquiri poſſunt impune. Vſu etenim receptũ eſt, vnicuique priuato licere in Eccleſijs regularium oratoria, ſeu capellas inſtituere, vel certum Miſſarum anno quolibet recitandarum numerum, pro quibus iure poteſt bona ſtabilia relinquere, & hoc titulo à regularibus, & monaſterijs iuſte acquiruntur, & retinentur; quia cum aliter fieret, experientia compertum eſt, huiuſmodi obligationem paruo temporis interuallo euanuiſſe in maximum piarum mentium detrimentum. At cum locis pijs ob hanc potiſſimum cauſam relinqui ſoleat, neceſſe eſt etiam fateri legem illam nihil regularibus eſſe nocumento.

Hinc videmus ſi in aliqua totius Chriſtiani orbis parte ſunt monaſteria opulenta, in Regno illo ſunt opulentiſſima, & religioſi, non, vt plurimum alijs in locis contigit, ex plebe hominum, ſed ex primarijs, & illuſtrioribus Regni familijs exiſtunt. Et ne nimius, & ab inſtituto aberrare viderer, multa ad hanc legem pertinentia in medium afferrem, quod fortaſſe faciet aliquis, ſed in præſentia ſufficiunt iſta.

Ex quibus clare dignoſcitur decretum Venetum nihil commune cum illa lege Luſitana habere: cum non factum ſit de conſenſu Cleri, de cuius agitur intereſſe, præiudicio, damno, non obtenta, neque petita à ſummo Eccleſiarum Rectore Romano Pontifice confirmatione. Venetijs, in reliquoq. dominio, vel non ſoluuntur decimæ, vel ſi ſoluuntur, non ita rigoroſe, & ex omnibus, quæ ſub cælo ſunt, frugiferis. Neque ab ab illo Decreto, cum ſit prorſus generale, excipiuntur bona immobilia, quæ in Luſitania pro celebratione Miſſarum relinquuntur, & quod

plus eſt lex illa hodie non obſeruatur,tamquam immunitati Eccleſiaſticæ contraria.

Nulla itaque ſimilitudo dari poteſt,immo diſcrimen conſtitui maximum, etiam in adminiſtratione Reipublicæ. Venetijs ſi quidem nullus,etiam patritio genere ortus,& parentibus de Republica optimè meritis, ſi clericali decoratus exiſtat charactere, quit vllum Reipublicæ munus ſubire,quinimo à publicis non modo arcentur iſti,ſed eorum etiam genitores,& propinqui,dum aliquid agitur de rebus ad Eccleſiam,aut eius miniſtros ſpectantibus, excluduntur,foriſque egredi coguntur, neque eis fas eſt reingredi, niſi re tota peracta. In Regno autem Luſitano omnes fere, vel ex maiori parte magiſtratus ſunt viri Eccleſiaſtici, & præſertim in duobus ſupremis Tribunalibus, altero de Regis conſcientia dicto, in quò omnes prorſus ſunt Eccleſiaſtici,cum ibidem de rebus ad religionem attinentibus cognoſcatur,tum contra omniũ ſecularium tribunalia,iura Eccleſiaſtica, & ſpiritualia tueantur, regio tamen ſtipendio aluntur,& ſuſtentantur, In altero quamuis de profanis,& mere temporalibus cognitio ſit, & pro bono totius Regni regimine habeatur tractatus, ſupremus tamen Præſes Eccleſiaſticus eſt, ac fere alij omnes conſiliarij,& vt vocant Collaterales,presbyteri ſint. Tanta eſt fides,quæ illis præſtatur,tanta reuerentia,& obſeruantia, quæ exhibetur, vt ſit mirabile dictu,quod alibi rarò,Venetijs vero nunquam contingit.

Supereſt reſponſio ad duo argumenta à *i* Peregrino conficta, alterum humanarum rerum eam eſſe conditionem, vt variato tempore *k* varientur pretia rerum, ſic mutatis moribus, mutentur item ſtatuta, maxime cum euidens neceſſitas, aut publica *l* expoſtulat vtilitas. Idcirco priuilegium etiam Eccleſijs ab initio iuſte,& honeſtè conceſſum,ſi tempore ſuccedente efficiatur præiudiciale,& nimis damnoſum,moderari,reſtringi, & *m* reuocari iuſte poteſt.

i ſuo reſp. ad prædictum Decretũ verſ 7. & vltimo fol. 13.
K l. pretia ff. ad leg. Falcid.
l cap. non debet de conſan. & aſſin. can. mutationes 7. q. 1.
m cap. dilecti, & cap ſuggeſtum vbi gloſſ. de decim.

Alterum,quo de agitur,Decretum non aduerſari Decretis in lege veteri, & Euangelica, ergo non improbandum.

Sed licet vnum ab altero fere videatur pendere, ad primum tamen prima erit reſponſio.Libenter enim cum Peregri-

regrino ſentiam,quia iam libere *n* confeſſus ſum Principis beneficium,cum incipit effici iniquum, &ſi regulariter *o* debeat eſſe perpetuum,non eſſe tamen obſeruatione dignum. Immo in eo præcipue elucet,vt ait *p* Cicero,legiſlatoris prudentia,cum leges ad temporis vſum accommodantur.

[*q*] Sed rogo, à quo debeat moderari,reſtringi,& reuocari? non vtique inficiatus Peregrinus,quin ab eo,qui illud conceſſit,nõ æque ab inferiore. Nam ſi vera eſt,prout eſt vero verior, regula illa, quod priuilegij interpretatio ad *q* Principem ſpectet,& eius ſit interpretari,cuius *r* eſt cõdere,maxime cum agatur principaliter de interpretatione priuilegij, tunc enim certiſſimi iuris eſt eſſe recurrendum ad Principem concedentem, vt poſt Innocentium *ſ* tenuere Hoſtienſis *t*, Henricus *u* Boich, Butrius *x*, Imola *y*, Aegydius *a*, Abbas *b*, Felinus *c*, & Decius *d*. In caſu autem noſtro videtur dixiſſe, quod oportuit *e* gloſſa, vt ſi oriatur quæſtio priuilegii, quod ex poſtfacto tendat ad noxam, Principi eſſe proponendum,& non debere contra illud propria auctoritate veniri. Idem quoque ſenſit gloſſa *f* alibi dicens, Principis eſſe æſtimationem, quando priuilegium ex poſt facto ad iniquum compendiũ redigitur,Gloſſæ ſe ſubſcripſerunt Innocentius,*g* Hoſtienſis *h*, Abbas *i*. Eandemmet ſententiam ſequutus eſt Alexander k, aſſeuerans priuilegium, quod ex poſtfacto efficitur iniquum,ſeu ad iniquitatem reducitur, non extingui ipſo iure, ſed ad Principem pro eius reuocatione recurrendum eſſe. Et cum hac opinione concurrit *l* Vitalinus,affirmans reſtrinctionem, & declarationem priuilegij,quando incipit eſſe iniquum, & ad noxam tendere,relinqui arbitrio Principis, quæ concluſio ſecundum præcitatos grauiſſimos auctores clare probatur in præfata Alexandri *m* iij. conſtitutione, idque optimè ſenſit *n* Rota coram Cantuccio in vna Bargen. Decimarum.

At qui ſatis probatum *o* fuit huiuſmodi exemptionis priuilegium ab ordinatione diuina profectum, atq. ideo ab inclytæ Reipublicæ Venetæ Principe adeò longe inferiore,vt nulla dari poſſit æqualitatis ratio, aut menſura, nec moderari,nec reſtringi,nec remoueri poteſt,nec potuerit. Quinimo, &ſi non à Deo,ſed ab hominibus conceſſum

n ſupra cap.4.§.16.verſ.hinc non male.
o cap. decet 16. de reg.iur.lib.6.
p lib.de legib. 1.
q l. ex facto in princ.ff. de vulg. & pupill l.Neratius in fin.ff. de regul. iur. c. cum veniſſent, de iud. c.ordinarij §. ſi verò de offic. ord. lib 6. *r* l fin.C. de leg.c.inter alia de ſent. excomm. c. fin. de conceſſ. preb.lib.6.*ſ* ſicut § ex his *t* 1.q. 1. Imol.ad l. ex facto n. 3. Alex. n. 9. Aretin. n.3.n. 4. Ripa n 6. gloſſa, & alij omnes ad d. c. cum veniſſent Card. cõſ. 32. in princ. Decius ad c.ſanè 2. in 1.not.ver ideo 2 de off. deleg.
f ad d.c. cum veniſſent *t* ib. poſt princ. verſ. vnde *u* ibid.n. 2. *x* n. 3. *y* ante nu. 4. *a* poſt princ.verſ. aũt quæritur de except. *b* nu. 7. poſt princ.verſ.& diſting. *c* ante n. 1. *d* n.3 de iud. *e* ad d.cap. decet gloſſ ult. in fin.de reg.iu lib.6. *f* ad d.c.ſugg.gloſ.vlt. *g* ib. in fin. *h* ib. pariter in fin. *i* ibid.n 4. *K* ad d. l ex facto n. 9. *l* ad Clem. 1.n.78. de cenſibus.

ceſſum eſſet,eius tamē virtus adeò apud omnes inualuit, vt tota Chriſtiana Reſpublica, & omnes inſimul Principes illud nec reuocare,nec illi proprijs legibus, propriaue auctoritate nequirent derogare. Huius ſententiæ auctor eſt Didacus *p* Couarruuias, cui,& Peregrinus,& alij ſui ſimiles hac in re plurimum tribuunt.

m ind.c.ſugg. n decis.83.nu.8.in fin.diuerſ.par.5. o ſupra c 4.S.11 cum 3.ſeqq. p c.31.n.3.pract. quaſt.

Quòd verò idem comminiſcitur Peregrinus de conceſſione à Clemente viij.hominibus Ciuitatis Laureti facta, non militat in caſu noſtro,cum diuerſa ſit ratio,vt bellè, & doctè reſpondit Bouius, & ſi vna ſufficiat ratio, quod facta eſt à Principe Romanę Eccleſiæ,quæ eſt vniuerſalis, auctoritatem ad hoc neceſſariam habente per ea, quæ alias *q* dicta ſunt ex Decij *r* doctrina.

Ad alterum, quod non aduerſetur Decretis in lege veteri, & Euangelica, atque ideo non improbandum. Non poſſum non mirari ingenium Viri alioquin doctiſſimi, & iuris Eccleſiaſtici in celeberrimo Patauino Gymnaſio interpretis. Neſcio enim quam ſanam doctrinam adoleſcentulos ſibi operam dantes docere poſſit,ſi ſentit, prout ſcribit. Neque mihi perſuaſum eſt,quin inoluendis noſtrorum voluminibus, aliquando inciderit in tractatum, quem de libertate Eccleſiaſtica edidit Ioannes Lupus, & eum obſeruauerit dicentem, *ſ* Canonum voluntarij violatores,quos ſancti Patres grauiter iudicant, & damnant, poſt aliqua ſubijcit: Doctores volentes aliter interpretari iura Diuina & Pontificia,quàm deciſum eſt per Eccleſiam, non videri ab hæreſi multum diſtare, ideoq. multa mala a Deo, & ab Eccleſia timere poſſunt.

q ſupra hoc eod. c.verſ.cum igitur non ſint ibi, quare priuatus in fi. r ad d. c.Eccleſ. S.M.n.249 verſ. nō obſtat de cōſt. ſ par.1.q.4.n.12

Nam licet ex ſacris litteris haberi minus poſſit expreſſe huiuſmodi Clericorum, eorumq. bonorum exemptionem eſſe iuris diuini (quia ſi id clare haberetur, nō temerarium modo,ſed impium etiam,& pluſquam hæreticum eſſet aliud aſſeuerare) ſatis tamen eſt,à ſanctis Patribus,à Concilijs tum Prouincialibus, tum Oecumenicis, & à ſummis deniq. Pontificibus veris, & legitimis diuini iuris interpretibus ita fuiſſe declaratum, vt fuſius ſuo loco *t* expoſui. Quæ quidem omnia illic concinnata,iſtuc transferri aprime queunt.

t ſupra c.4.S.12 & 14.

Sed præter hæc ſcire tibi operæpretium eſt,Peregrine, multa ab Apoſtolis tradita,quæ à Chriſto Ieſu fuerunt di

cta,

cta, eaque in Euangeliorum libris non apparent exarata, prout teſtimonium perhibuit Ioannes Euangeliſta dicens, *a* Sunt autem, & alia multa, quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros. Chriſtum etiam dixiſſe refert apud Apoſtolorum *b* acta Paulus, Beatius eſt magis dare, quàm accipere; hæc tamen in Euangelio minime habentur, ſed per traditiones ipſorum Apoſtolorum aliqua accepimus, multa quoque ijdem poſtea ſubordinarunt, quæ pro lege Euangelica venerantur, nam apud Corinthios, *c* cætera, cum venero, diſponam. Et ad Theſſalonicenſes, *d* Tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

a in cap. ult. in fine.
b in cap. 20. prope fin.
c 1. c. 11. in fin.
d d. c. 2. prope fin.

Quæ licet in Euangeliorum condicibus non reperiantur, nos attamen illas eſſe iuris diuini credimus, tãquam ipſius Chriſti ore ab Apoſtolis acceptas, aut ab ipſis Apoſtolis Spiritu ſancto dictante, quaſi per manus traditas, vt ſancti Patres in concilio *e* Tridentino teſtantur, & antea ſcripſerunt Baſilius *f*, & Auguſtinus, à quibus non diſſenſit Iuſtinianus *h* veſter.

Quoad legem verò teſtamenti veteris, quis neſcit rerum omnium factorem Deum Leuitas ex omnibus tribubus delectiores habuiſſe? quibus nullam terræ partem attribuit, vt reliquis a Ioſue tribubus iuſſerit dari, voluerit, ſed ſacerdotia, primitias, decimas, oblationes, & victimas: ipſumq. eorum eſſe hæreditatem ſæpius *i* declarauit. Neque in re alias eos maluit occupari, atque in diuinio miniſterio, ideoque vt ab humanis ſe abſtinerent, illis prædicta omnia ab alijs tribubus, ſeu familijs præſtari, & ad vnguem perſolui decreuit.

e ſeſſ. 4. in princ.
f in lib. de Spirit. ſancto c. 27. g in epiſt. 118. c. 1. h in nouell. 6. quomodo oper. Epiſc. §. ult. verſ. licent. & Nouell. 119. in princ. & Nouel. 137. §. 1. cum ſeqq. i Num. c. 18. Deut. c. 18. et 22. Ioſ. c. 14. et 18 Ezech. cap 44. & pſal. 15. ibi Dominus pars hæreditatis.

Quæ ſane priuilegia quid aliud ſibi volunt, quàm prærogatiuam quandam, eminentiam, & exemptionem; vt ipſi, eorumq. bona eſſent penitus ſacroſancta, & ab omni vectigali, tributo, & annonis omninò exempta, prout videtur in libris Geneſis *k*, & Eſdræ *l* dilucidius explicatum. Immo ratio ipſa naturalis id ſuadere videtur, idcirco Paulus iuriſconſultus ad Edictum ſcribens *m*: Sacerdotio, ait, obueniente, videbimus, an cogatur arbiter ſententiam dicere, id enim non tantum honori perſonarum ſed maieſtati Dei indulget, cuius ſacris vacare, ſacerdotes

k cap. 47.
l cap. 7.
m l. non diſtinguemus §. ſacerdotio ff. de recept. arb.

tes oportet. Cui conuenit, & illud *n* Ariſtotelis in Aegypto Mathematicæ artes inuentas fuiſſe aſſerentis: qui ſubiungit: Illic enim gens Sacerdotum vacare permiſſa eſt. vacare quid aliud eſt, quam ab omnibus realibus, perſonalibus, mixtis, ordinariis, ſuperinductiſque oneribus exemptos eſſe? ita expoſuit *o* Vlpianus ipſe de Sacerdotibus expreſſum habens ſermonem, dum etiam Prætoris edictum interpretaretur.

n lib. 1. Metaph. cap. 1.

o in l. prato ff. de uacat. muner.

Quod ſi iſta ſibi vindicant locũ in Sacerdotibus Ethnicorum, & veteris legis, quanto magis in Sacerdotibus Euangelicis, qui neque oleo communi *p* vnguntur, neque arietis ſanguine dextra eorum auricula, pollicesq. manus, & pedis dextri madefiunt, ſed oleo chriſmatis, cuius conſecrationis vi *q* auctoritatem, ac poteſtatem accipiunt aperiendi, claudendiq. regnum cælorum, neque ſanguine *r* hircorum, aut vitulorum Deo faciunt ſacrificiũ, ſed immaculatum vnigeniti eius filij Chriſti offerunt corpus. Hactenus de ſecundo Decreto.

p Leuit. c. 8.

q cap. unic. de ſacr. unct.

r Ad Hebr. c. 9

CAP. VIII.

SEd tempus eſt iam, vt inſtitutum proſequentes ad ea, quæ pro alio Decreto in medium afferunnt, adamuſſim reſpondeamus. Nam ineunte anno 1537. 21. Martij fuit in primis factum Decretum, quod in Ciuitate Venetiarum locum dumtaxat habere voluerunt, tum anno 1603. 10. Februarij per totum eorum Dominium protraxerunt, Ne quis auderet Eccleſias, monaſteria, hoſpitalia, domoſq. alias religioſas fundare, & erigere, niſi à Principe petita, & obtẽta licentia, pœnis grauibus impoſitis, exilij, perpetui carceris, publicationis fundi, & venditionis ædificij. Quam ſane conſtitutionem quis eſt in iure tam plumbeus, qui non videat eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, contra ius Naturale, Diuinum, Pontificium, & Cæſareum? Nam, vt ab initio huiuſce noſtræ tractationis dicebatur, maiores noſtri ſolo naturali inſtinctu cognouerunt, ac plane intellexerunt Deum vbiq. exiſtere, nulloq. circumſcribi loco: religioni tamen, & condecentiæ non eſſe exiſtimarunt, vt quibuſuis in locis eius maieſtati adhiberetur veneratio, atque ideo templa, & ſa-

& fana in eius honorem ſtudioſè erexerunt, miroque artificio, omnique ſymmetria, omniq. pulchritudine excitarunt, ſacriſq. & ſolemnibus cæremonijs ea conſecrarunt, dicaruntq. vt pluribus adnotaui *a*, & vt ſanctiora redderentur, eadem multis *b* auxerunt immunitatum beneficijs.

Immò Deus ipſe in veteri teſtamento præcepit *c*, vt ſibi facerent ſanctuarium, & habitabo, inquit, in medio veſtri iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi. Et Regũ *d* ſecundo, Dauidem alloquens, ait: Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Quod poſtea, ita Deo iubente, executus *e* eſt eius filius Salomon.

Chriſtum quoque Dei vnigenitum quantum ſibi templum placuiſſe, illudq. ſanctificare voluiſſe teſtantur ad vnum omnes eius vitæ ſcriptores Euangeliſtæ, Matthæus *f*, Marcus *g*, Luca *h*, & Ioannes *i*, ex eo quòd ementes, & vendentes ex eo eiecerit, dicẽs: Domus mea domus orationis vocabitur, quod prædixerat *j* Iſaias Propheta, in eoque cœcos illuminauit, & claudos ſanauit. In eo aſſidue laudabant, & benedicebant *k* Apoſtoli, expectantes ſpiritum ſanctum, quo ſuſcepto, omnes vnanimes ibidem oraſſe teſtimonium perhibet hiſtoria *l* Actunm Apoſtolorum. paſſimq. legimus Chriſtum, atque eius Apoſtolos templum frequentaſſe, in eoque ferme ſemper inſigne *m* aliquid peregiſſe. Atque ideo cernimus apud eundem *n* Lucam laudari mirifice Centurionem, quod Iudæis Synagogam ædificaſſet. Vnde S. *o* Ambroſius, ſi commendatur à Domino, qui ædificauit Synagogam, quanto eſt commendatior, qui ædificauit Eccleſiam.

Qua re factum fuit, vt illi Chriſtianæ Religionis primarij vbique templa Deo in Chriſti, eiuſque beatiſſimæ Matris, & ſanctorum honorem conſtruerent, vt videre eſt apud ſanctos Patres, rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores, vt puta Euſebium, Nicephorum, Socratem, profanarum hiſtoricos, & huiuſmodi alios, quorum dicta pluribus proſequitur Ioannes Stephanus Durantus in ſuo de *p* ritibus Cathol. Eccl. libro.

Item eſt contra ius Canonicum, quo *q* Eccleſiæ, & Monaſteria conſtrui permittuntur: immo extat expreſſus in libris noſtris titulus de Eccleſijs ædificandis, qui etiam

a De ſacr. imm. lib. 1. c. 1. & 2.
b d. lib. 1. c. 25.
c Exod. cap. 25.
d cap. 7.
e 1. Paral. 23 & 28. & 2. Paralip. 3. & Reg. 3. c. 6. can. 1. de conſecr. diſt. 1.
f c. 21.
g c. 11.
h cap. 19.
i c. 2.
j c. 56.
K Luca 24.
l cap. 2.
m ead. Act. Ap. cap. 3.
n cap. 7. vbi Beda, & S. Aug. lib. 33. contra Fauſt. cap. 2.
o ſerm. 89.
p lib. 1. c. 2.
q can. futuram 12. qu. 1.

habetur apud Græcos, vt auctor eſt Photius in *r* Decretali, qui inſcribitur Nomocanon: quod in Latinum ſonat lex canonica. Exinde haud male Petrus *ſ* Gregorius aſſeuerauit. Qui prohibuerit, vel non permiſerit Eccleſiam ædificari, vel ordinari ſacrilegium committit. Maxime quia *ſ* boni Principis eſt Eccleſias conſciſſas, & contritas reſtaurare, nouas ædificare, Dei Sacerdotes honorare, & tueri.

Denique contra ipſum ius Cæſareum, namque Imperatores Conſtantinus, *t* Valentinianus *u*, & Marcianus, & poſt eos Iuſtinianus *x* ſanxerunt, vt vnicuiq. licitum eſſet, Eccleſijs hæreditatem relinquere, bona propria donare, aut illa legare, quæ fieri inane *y* eſſet præcipere, niſi & ędificari poſſent Eccleſiæ. Quinimmo idem Iuſtinianus lege cauit *a* expreſſa, vt ſi quis; vel nouam cæperit ædificare baſilicam, aut veterem renouare, & opus diſtulerit, eam perficere ab Epiſcopo compellatur. Neque laicis *b* quidquam prohibet, niſi prius ad opus non apponerent manus, quam ciuitatis Epiſcopus orationem in loco faceret, crucem figeret, publicumque ibidem proceſſum conficeret, & cauſam manifeſtam omnibus ſtatueret, eiſdemque ritu, & cæremonijs erigi monaſteria *c* iuſſit.

Ex quibus facile dignoſcitur ædificandarum Eccleſiarum munus iuris eſſe Eccleſiaſtici, & ad Summum Pontificem, & alios Eccleſiæ Præſides, non æque ad ſeculares Principes attinere, ſin ſecus actitatum fuerit eas conſecrari non poſſe decreuit *d* Gelaſius huius nominis primus. Neque antea conſtruere, quam loci Epiſcopus venerit, crucem, vt etiam ex Iuſtiniano diximus, fixerit publice atrium deſignauerit, & alia fecerint, de quibus in Concilio *e* Aurelianeſi. Item Alexander *f* iij. Cæleſtinus *g* iij. atque Bonifacius viii. id perfici ſuæ tantum eſſe iuriſdictionis clare demonſtrarunt. Quod, & ratio ſuadet manifeſta, nam Principis ſeculi nulla eſt, vt pluribus *i* fuit oſtenſum, rerum ſacrarum notio, ita, vt nefas *ſ* ſit illis ſe immiſcere idcirco B. Ambroſius Cæſari Valentiniano in hæc met verba k ſcribit. Noli grauare Imperator, vt putet te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere, & poſt, publicorum tibi mœnium ius commiſſum, non ſacrorum.

Eccle-

r titul. 48. lib. 3. Decret. 2. tit. 2.
ſ in par. iur. Canon. lib. 1. tit. 4. c. 3. in fin.
ſ can. boni Principis ult. diſt. 96.
t in l. 1. C. de ſacroſ. u. in l. generali Cod. x in l. ult. eod. y argum. l. illud ff. de acquir. hæred. & l. 2. ff. de iuriſd. omn. indic.
a Nouell. 131. ſeu auth. de eccl. titul. §. ſi quis uoluerit
b Nouell. 67. ſeu auth. ut nullus fabric. orat. dom. prater uol. Epiſc.
c Nouell. 5. ſeu auth. de Monac.
d in can. præcepta 5. cum ſeq. de conſecr. diſt. 1.
e de quo in can. nemo eccleſiam 9. can. 1. diſtinct.
f cap. 1. de eccl. ædific. g cap. ult. eod. h c. unic. de exceſſ. prael. lib. 6.
i ſupra cap. 4. S. 8. cum ſeqq.
j can. ſi imper. & can. bene quidem 96 diſt. c. 2. de iudic. K epiſt. 32. de qua in canon. inter. 23. q. 8.

Eccleſias porrò, monaſteria, hoſpitalia, Xenodochia, & alia id genus ſacra *l* eſſe nemo inficiatur, quod Abbas *m*, & Cardinalis *n* Zabarella affirmarunt. Idcirco Couarruuias *o* poſt Archidiaconum, Baldum, Alexandrum, Felinum, & Gulielmum Maynerium tradit idem immunitatis ius hoſpitalibus auctoritate Epiſcopi conſtructis competere. Immo & Oratorijs etiam in priuatorum domibus erectis, vt cum Remigio contra Hoſtienſem, Ioannem Andreæ, Henricum, Ancharanum, & alios probaui; ſi Epiſcopali auctoritate fuerint ædificata, quia tunc locus ille deſinit eſſe priuatus, ſed publicus, ſacer, religioſus fit, & in nullius *q* bonis eſſe deſinit. Ea igitur omnia, poſtquam ſunt ita conſtituta, eorum ſoli *r* Epiſcopo, vel eius miniſtris incumbit cura.

Et quod dicimus de ædificandis templis, Monaſterijs, alijſque locis pijs, idem plane *ſ* de inſtitutione, approbatione, & reprobatione Religionum, & Congregationum oportet intelligi.

His ergo pro ædificatione eccleſiarum iactis fundamentis, reliquum eſt, vt obiectis reſpondeamus, ac primum mihi non facit dubium, Venetiarum Principem reſpectu territorij, & locorum eius dominio ſubiectorum omnem habere iuriſdictionem, atque ideo areæ, plateæ, & prædia, in quibus Eccleſiæ, & monaſteria poſſunt ædificari, profana ſint, & in hominum commercio poſita, à quo poſtea *t* eximuntur, cum ſacra, & religioſa fuerint effecta, ſuæ dicuntur *u* eſſe iuriſdictionis, atque de ijs libere diſponere poſſe.

Reſpondetur verum quidem eſſe nō modo Principem, & Senatum Venetum ſuum habere territorium, ſed quēlibet etiam alium Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit, ſed quemadmodum illud ad omnes ſui Principatus, aut Regni terminos extenditur, ac certis tandem circumſcribitur finibus, ita diœceſis Romani Pontificis per vniuerſum Chriſtiani orbis tractum *a* adeo protenditur, vt nec coarctetur, nec vllis definiatur terminis, teſtimonio S. Thomæ Aquinatis, & Felini, quos referunt, & ſequuntur Troilus *b* Maluetius, & Petrus *c* à Monte. Princeps igitur ſuum habet territorium, atqui in eo Pontifex Romanus, & alius Epiſcopus ſuam habet diœceſim hic

l in l. omnia. C. de epiſc. & cler. §. 1. & §. ad hoc d. auth. de eccl. tit.
m ad c. interdilectos in ſi. de don.
n ad c. quia contingit de relig. dom.
o var. reſol. lib. 2. c. 20. n. 4.
p de ſacr. immunit. lib. 3. c. 16. n. 29. & 30.
q l. 1. §. quod aūt ff de rer. diuiſ.
r can. quicunque 16. q. 1. c. de Xenodoch. cum ſeq. de relig. dom. cap. Eccl. de immun. eccl.
ſ cap. fin. eod. de relig. domib. d. c. vnic. de exceſſ. prælat. lib. 6. & c. vnic. de relig. domib. eod. lib. 6.
t d. l. 1. §. quod aūt & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obligat.
u l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iudic.
a can. cuncta 17 cum ſeq. 9. q. 3.
b in tract. de Canoniz. ſanct.
c in rubr. de Concil. præamb. nu. 6.
d ad l. pup. 239. n. 21. verſ. ſicut ergo. ff. de verb. ſign.

ſacram, aut ſpiritualem ille profanam, aut temporalem exercet iuriſdictionem. Hinc eleganter *d* Alciatus, ſicut territorium dicitur quatenus iudex ius terrendi habet; ſic diœceſis dicitur quatenus Epiſcopus ius adminiſtrandi ſacra habet. Quæ licet inter ſe diſtincta ſint, ſimul tamen ſtare poſſunt, ſi quidem Princeps temporalibus præeſſe poterit, Epiſcopus ſpiritualibus, & non è contra, quoniam Princeps laicus, vt non raro fuit *e* expoſitum, eſt rerum ſacrarum omnino incapax, quocirca prohibere nequit, vt in ſuo territorio fundari, & erigi non poſſint Eccleſiæ.

Neque officit illa eiuſdem Alciati *f* animaduerſio, quâm, vt ſingularem animaduertit *g* Scaynus, vt diœceſis ad Epiſcopum pertineat, cum territorium alterius Principis iuriſdictioni ſubijciatur. Ita etenim Alciatus, Acciditq. in limitaneis vicis, vt non eiuſdem ſit diœceſis caſtrum, cuius eſt territorij; ſed rogo quid hæc ſibi volūt? ſequitur fortaſſe, vt ſit aliquod caſtrum, quod nullius ſit diœceſis? nequaquam, ſiue ſit in hac, ſiue in illa diœceſi ſemper eſſe neceſſum eſt, hoc eſt alicui Eccleſiæ Prælato in ſpiritualibus ſubiectum.

Poteſt quidem eſſe exemptum, vel eſſe nullius, nullius appellatur, quando inter limites *h* quibus clauſa, & diſtincta, eſt diœceſis, non continetur caſtrum. Differentia enim conſtituitur inter exemptum, & nullius. Nam quando aliquis eſt nullius, locus non eſt in diœceſi, nec de diœceſi, quando eſt exemptus, licet non ſit de diœceſi, adhuc tamē eſt in diœceſi, vt Abbas *i*, Felinus *k*, & Petrus *l* de Vbaldis ſcripſerunt, quam diſtinctionem approbauit etiam Concilium *m* Tridentinum.

Neque valet argumentum, quo vtitur Peregrinus *n*, vt quemadmodum paterfamilias non cogitur alienare fundum ſuum pro ædificanda Eccleſia, nec in loco alieno licet inuito Domino ædificare Eccleſiam, & locum *o* ipſum facere religioſum, cum & iure *p* pontificio vetitum ſit, ne liceat in aliena parochia Eccleſiam ædificare, ſic Princeps vniuerſalis Dominus, & paterfamilias pati non cogitur, nec cogi debet, vt eo inuito, conſtituantur Eccleſiæ, & monaſteria in loco ſuſpecto, & præiudiciali ſuo dominio.

d ad l. pup. 139. n. 51. uerſ. ſicut ergo ff. de uerbor. ſign.

e ſupra eod. uerſ. ex quibus.

f ad d. l. pup. nu. 51. uerſ. accidit.

g d. ſuo reſpon. ad 3. Decr. uerſ. ab hoc dubio fol. 81.

h can. Epiſc. cum ſequ. 9. q. 2. can. licet §. hoc multipliciter 16. q. 3.

i ad c. Apoſt. nu. 3. de donat.

k ad c. graue col. 5. de priu.

l in tract. de can. portio. c. 4. q. 6. nu. 18.

m c. 10. de reformat. ſeſſ 23.

n in d. ſuo reſp. ad 3. Decr. uerſ. addo quod fol. 20.

o l. ſi §. ſi uſumfru. & §. locū uel 2. ff. de relig. & ſump. fun.

p in c. 1. & 2. de nou. oper. nunt.

259

Siquidem fuit alias *q* edoctum, plus iuris in re propria habere priuatum, quam habeat in vniuerſali Princeps, atque adeò rebus ſuis legem imponere, quam maluerit, poſſe, quod nequit Princeps, cum in eo non adſit auctoritas ad hoc neceſſaria, vt bis, aut ter ex Decio *r* diximus.

Sed præter hæc ignorare non debet, quin priuatus, ob vtilitatem publicam, quæ ex Religionis *ſ* fauore prouenit, vendere omnino cogatur proprium agrum, fundum, domumue, ſi ea fuerit neceſſaria ad conſtructionem, aut ampliationem alicuius Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, ſoluta videlicet domino iuſta ipſarum rerum æſtimatione. Ita adnotarunt Baldus *t* Angelus *u*, Felinus *x*, Florianus *y*, Cepolla *a*, Matthæus *b* de Afflictis, & ante eos Guiliermus *c* de Cuneo, Iaſon *d*, Albericus *e*, Fabianus *f*, Antonius *g* Rubeus, Decius *h*, Couarruuias. Hancq. eſſe communem ſentētiam ſcribunt Rocchus *i* Curtius, Felinus k, & idem Didacus *l* Couarruuias, qui etiam ſi contendit frequentiorem prædictam opinionem non poſſe recte colligi, & probari ex iuribus per ipſos iuris interpretes in hanc rem adductis, confitetur tamen non Principem modo, verum etiam quemlibet inferiorem iudicem æquiſſime facturum, qui vſus frequentiſſima Doctorum ſententia coegerit quempiam ad venditionem rei, agri, domus, aut fundi, quoties is fuerit vtilis ad Eccleſiæ conſtructionem, vel ampliationem, atq. poſtea *m* concludit, iuſtiſſime in praxi admitti poſſe priorem, quæ communis eſt.

Neque aduerſatur quod ex iure noſtro deducere intendit, vt non liceat in aliena parochia aliam conſtruere Eccleſiam, quoniam iure pontificio rite, recteq. poteſt caueri, non æque municipali, aut principali ob iuriſdictionis defectum, vt paulo ante fuit oſtenſum.

Secundo Iura illa loquuntur non de omnibus Eccleſijs ſed de Eccleſijs parochialibus, vt bene probat gloſſa, & poſt eam *m* Abbas, quia ſi vna inter limites alterius parochiæ fundaretur, illa huic maximum inferret *o* præiudicium, & eius iuribus graue damnum, cum antiquæ Eccleſiæ nullum debeat inferri grauamen, nullum detrimentum, vt ibidem etiam habetur *p* expreſſe, nulla Eccleſia in præiudicium alterius eſt conſtruenda.

q ſupra c.7. verſ. ſed reſponderi poſſet eum ſeq.
r ad c. eccl. S. M. n. 249. verſ. non obſtat de conſt.
ſ l. 2. §. huius ſtudij verſ. publ. ff. de iuſt. & iur.
t ad l. 1. C. de commu. ſer. manumiſſ. & ad l. 1. ff. ſolut. matr. u ibi.
x ad c. 1 de Iud. & ad c. quæ in eccleſ n. 28. de conſ.
y ad § ſolum.
a in tit. de ſeru. Vrban. prædior. c. 82. b ad proem. conſt. Neap. qu. 3. num. 10. c ad l. decernimus, C. de epiſc. & cler. d ad l. Barbat. nu. 36. ff. de offic. præſid. & ad l. nec emere, C. de iure delib. e ibid. f in tract. de empt. p. 1. q. 3. g conſ. 92. h ad c. 1. de prob. n. 45. i lib. 2. variar. reſolut. c. 3. n. 1. j ad c. vl. de conſuetud. K ad d. c. quæ in eccleſ. nu. 28. l in c. 14. n. 7. verſ. quibus ſane ſit. lib. 3. variar. reſolut. m ibid. n 8. in fine.
n ad d. c. 1. nu. 22. in fin. de nou. oper. nunciat.
o can. Eccl. cum ſeq. 16. q. 1.
p in d. c. 1. in fin.

Et ſi iſta regula illam patiatur exceptionem, vt non habeat locum, quoties antiqua parochia eſt adeo ampla, vt parochiani ſine magno incommodo ad percipienda ſacramenta, & diuina officia audienda accedere non poſſunt, nam tunc nouæ q parochiæ, etiam inuitis rectoribus, conſtitui poſſunt. Idq. cum in diſuetudinem abijſſet, renouauit ſacroſancta Tridentina r Synodus. At ſi fructus antiquæ parochiæ non ſufficiunt, omnibus illis Sacerdotibus, voluit eadem ſancta Synodus, vt poſſit compelli populus ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiunt ad vitam dictornm Sacerdotum ſuſtentandam.

q c. ad aud. ubi etiam Abbas, n. 3. de eccl. ædific.
r in cap. 4. de reform. ſeſſ. 21.

Sed an pro bono Reipublicæ, vel, vt aiunt ſtatus regimine poſſit ſuſtentari Decretum, & dicunt, poſſe hac potiſſimum ratione, ſicut enim paterfamil. debet eſſe ſollicitus, ne quis noui aliquid in eius domo moliatur, quod ſibi, eiuſque familiæ afferre valeat detrimentum, eadem prorſus ratione ad officium prudentis, & accurati Principis attinet inuigilare, quibus in locis erigantur Eccleſiæ, aut monaſteria, ne ex ijs iniuria, aut iactura ciuibus, ciuitatibus, caſtris, oppidis, ijs præcipue, quæ pro tuenda, & conſeruanda republica varijs in locis, maxime in limitrophis diſpoſita ſunt, atque omnibus belli artibus munita, & vulgo fortalitia appellantur.

Idem aſſeuerant de perſonis, quod de ædificijs, vt quẽadmodum paterfamilias poteſt vetare, ne ſine eius licentia, & conſenſu viri religioſi domum ſuam ingrediantur, pari etiam modo Principi vniuerſali patri ius eſt prohibere, ne noui homines dominium ingrediantur, in eoque ſedes, & ampla conſtituant domicilia, & ſub prætextu ſ Religionis contra optimum Reipublicæ ſtatum aliquid moliantur.

ſ l. 2. ff. de extr. crimin. l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. Eccl.

Quæ licet vero veriora ſint, falſum tamen eſt, vt Princeps ſeculi id lege valeat præcipere, cum talem, vt paſſim fuit dictum, minus habeat auctoritatem, quæ ſoli Romano Pontifici, & locorum Ordinarijs cõpetit, ad quos illis in caſibus recurrendum eſſe nulla eſt dubitatio, qui pro ſolita eorum prudentia (cum de eorum quoque ſecuritate, & beneficio agatur) habito etiam, ſi opus fuerit, conſilio Principis, vel eius, qui ciuitati, eiuſque procurationi præeſt, in locis opportunis licentiam nouas

conſtruen-

conſtruendi Eccleſias, & noua erigendi monaſteria concedent.

Ad id quod obijciunt ex reſponſo *t* Mariani iuriſconſulti, vt quamuis collegia, & ſodalitia mandatis Principalibus prohiberentur, Religionis tamẽ cauſa permittebantur, dum tamen per hoc non fieret contra Senatus conſultum, quo illicita collegia arcebantur. Reſponſio eſt in promptu, quia nondum, vt alias fuit *a* reſponſum, Principes ſuaui Chriſti iugo ſuppoſuerant collum, & vtraque profana, & ſacra præditi erant auctoritate.

Eadem quidem ratione remouetur illud ſimile *b* Simeonis magni Iudæorum Ducis, vt ſine ipſo non poſſet in regione illa conuentus conuocari, nam eodem in capite pluries repetitur Simeon eſſe ſummus Sacerdos, & quia, inquit *c*, textus, Iudæi, & Sacerdotes eorum conſenſerunt eum eſſe Ducem ſuum, & ſummum Sacerdotem in æternum. Et paulo añte, vt auditum eſt Romæ, quia defunctus eſſet Ionathas, & vſque in Spartiatas, & contriſtati ſunt valde. Vt audierunt autem, quod Simeon frater eius factus eſſet ſummus Sacerdos loco eius, ſcripſerunt ad eum in tabulis æreis, &c. Et ſic vtranque habuiſſe iuriſdictionem apparet manifeſte, quod teſtatur quoq. *d* Ioſephus vnus ex primarij Iudæorum ſcriptoribus. Vnde peregrinus ſuo ſe iugulauit gladio.

Maiorem facere videtur dubietatem, quod Bartolus *e* ex auctoritate Innocentij *f* ſcriptum reliquit, videlicet collegia eſſe ſub Principibus ſecularibus, ſed facilis eſt reſponſio, quia Innocentius intelligit, & loquitur de collegijs profanis artificum, negotiationum, profeſſionum, hinc ait. Auctoritate autem principis poſſunt, & debent fieri collegia, ſi homines parum habent facere ſimul, vt ſi Barones, vel ciuitates, vel tres, vel plures coeãt, collegium, nam huiuſmodi collegium non valeret ſine auctoritate principis, quia multum ſimul facere habent, nec hoc faciunt cauſa Religionis. Et paulò poſt *g* ſubiicit. Clerici autem ciuitatis, vel caſtri non poſſunt facere collegium ea ratione; quia ſunt in eadem ciuitate, vel caſtro, quia Clerici non conſtituunt vniuerſitatem caſtri, vel ciuitatis, ſed conſtituunt vniuerſitatem ſuarum Eccleſiarum, ſed bene poſſunt conſtituere vniuerſitatem cauſa

Reli-

t in l. 1. §. 1. de colleg. illicit.

a ſupra c. 1. & 4

b lib. 1. Machab. cap. 14. in fin.

c d. cap. 14.

d in lib. 13. c. 11 Antiq. Iud.

e ad l. 1. in prin. ff. de colleg. illic.

f ad c. dilecta; n. n. 3. de exceſſ. prælat.

g ibid. n. 9.

Religionis, ſcilicet, vt Miſſas celebrent pro viuis, & defunctis, vel conſimilibus. Item videtur, inquit, quòd cum iſta collegia, & Rectores eorum ſubſint maioribus, & ordinarijs poteſtatibus, quod ad eorum dictum deſtrui poſſunt, & prohiberi ne incipiant, hactenus Innocentius. Ex quibus liquido conſtat huiuſmodi collegia ſi ſunt ſæcularium, & non coeunt cauſa Religionis, ſubſunt Principibus, ſi verò Religionis ergo, ſuis Ordinarijs, hoc eſt Eccleſiæ, aut locorum *b* Epiſcopis. Et ita quotidie fieri videmus, & experimur.

Ad argumentum vero *i* Othelij ex oraculo Marcelli *k* Papæ ad Maxentium; nempe boni Principis eſt, ac religioſi Eccleſias contritas, atque conciſas reſtaurare, nouaſq. ædificare, & quod adminiſtratores *l* ſecularium dignitatum ad Eccleſiarum tutelam non minus, quàm ad pupillorum, ac viduarum protectionem cõſtituti ſunt. Quis inficiatur? tenentur, aut poſſunt reſtaurare, aut conſtruere Eccleſias, & Eccleſiæ tutelam, atque habere patrocinium debent, ergo edicto cauere, ne ædificentur Eccleſiæ, aut religioſę domus, poſſunt? optima conſequentia. Immò ſcire deberet Cæſares haud poſſe iura Imperij obtinere, niſi cum fidelitate, reuerentia & obedientia, tactis ſacroſanctis *m* Dei, Euangelijs iuriſiurandi religione promiſerint, ſpoponderintque & polliciti fuerint coram Deo, & B. Petro ſe perpetuos protectores, procuratores, & defenſores futuros ſummi Pontificis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in omnibus, & per omnia, item cuſtodituros, & conſeruaturos poſſeſſiones, honores, & iura eius, alia item, quæ Clemens V. in Vienenſi *n* Concilio decreuit.

Quibus conuenit quod Cuiacius de Federico *o* ſcribit, cum ex Duce creatus eſſet Imperator. Quinimmo ea ſemper fuit laus Chriſtianorum Regum, vt memoriæ mandaui *p*, cum primum ſolemni more diademate ornantur, vt iureiurando fidem ſuam deuineant de Eccleſia, ſacro ordine, ſanctiſq. antiqnorum Patrum decretis, totis viribus tuendis, & propagandis.

Vtraq. enim poteſtas ſe inuicem adiuuare, conſeruareque & poteſt, & debet, & diuina, humanaq. connexa, deuinctaq. eſſe cõuenit, cum vnus *q* ſit vtriuſq. Princeps, Deus omnipotens, & Chriſtus à quo pendet vtraque, & hanc,

b c.2. & tot. tit. de maior. & obed.
i in ſuo reſp. ad 3. Decret. verſ. Addo ego fol. 43.
K in can. ultim. 66. diſt. 1.
l in can. admin. 23. q. 5.
m can. tibi domino 33. diſt. 63.
n clem. 1. de iureiurand.
o in lib. 4. ti. 100. de feudis.
p in proem. lib. 3. num. 7. de ſacror. immunit.
q Nouell. 5. in prin. ſeu authen. quemad. oper. ep. & cap. dilecto in fine de ſent. excomm. lib. 6.

hanc, & illam regit, tuetur adminiſtrat, habetq. in hac mortalium rerum procuratione,&adminſtratione vtranque miniſtram,& famulam.

Neque attendi debet ratio, qua mouetur Scaynus, vt multiplicatis religioſorum domibus, alimenta alijs Monaſteriis neceſſaria ſubtraherentur, aut ita diminuerentur, vt neque nouis, neque veteribus ſufficere poſsint fidelium largitiones; nam præter quod non eſt de Dei bonitate, largitate,& prouidentia deſperandum, vt Chriſtus ipſe r teſtatur dicens. Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſetunt, neque metunt, neque congregant in horea,& pater veſter cæleſtis paſcit illa. Conſiderate lilia agri, quomodo creſcuut, non laborant, neque nent. Fuit etiam hiſce ab eadem ſancta Tridentina ſ Synodo ſalubriter prouiſum, vt in monaſterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum is tantum numerus conſtitueretur, & in poſterum conſeruaretur, qui vel redditibus proprijs Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commode poſſit ſuſtentari, nec de cætero ſimilia loca erigerentur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigenda ſunt, licentia prius obtenta.

r apud Matth. c. 6. & apud Luc. c. 12.

ſ de Regul. cap. 3. verſ. in prædicto ſeſſ. 21.

Quæ ſacroſancta conſtitutio, ne tradaretur obliuioni, illi inhærendo fæl: recor: Clemens viij. die 23. Iulij anno 1603. illam confirmauit alia conſtitutione, atque inſuper declarauit locorum ordinarios, quibus ex eodem Concilij decreto ius competebat, non poſſe licentiam ad nouos Conuentus cuiuſq. etiam Mendicantium, ordinis in ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis erigendos impartiri, niſi vocatis, & auditis in eiſdē ciuitatibus,& locis exiſtentium Conuentuum Prioribus, ſeu Procuratoribus,& alijs intereſſe habentibus, & cauſa, ſeruatis ſeruandis, cognita, conſtiterit, in eiſdem ciuitatibus,& locis nouos erigendos Conuentus, ſine alio detrimento commode ſuſtentari poſſe. Atque ita clare perſpicimus prouide à Concilijs,& Pontificibus, quibus dūtaxat hæc iuſte incumbunt munia, ſatis, abundeq. prouiſum eſſe, ita vt Domini Veneti non excuſari poſſint, quòd non temere manum, aut falcem in meſſem alienam immiſerint, atque iure optimo reprehenſi, obiurgati, ac de-

nique cenſuris eccleſiaſticis obſtricti, vt cognito errore rеſcipiſcant.

CAP. IX.

QVartum, & vltimum caput eſt, quo ſummus Pontifex motus neceſſe habuit cenſuras Eccleſiaſticas in Sereniſſimum inclytæ Reipublicæ Venetæ Principem, Vniuerſumq. Senatum vibrare, nimirum prætendentes iure poſſe in Clericos tam ſeculares, quam regulares, etiam in ſacris conſtitutos, atque etiam in Eccleſiaſtica poſitos dignitate pro atrocioribus, & grauioribus delictis animaduertere. Quod ſane ædificium tribus potiſſimum fundamentis extruere arbitrantur.

Primum iactant in virtute, & robore priuilegiorum ab hac ſancta Sede, hoc eſt a Sixto iiij. Innocentio viij. Clemente vij. & Paulo iij. Reipublicæ conceſſorum.

Secundum in conſuetudine inueterata, ſeu immemorabili, quæ licet non ſit adeo valitura, vt incapacem capacem facere queat, ſi tamen vltra immemorabilem Princeps allegat priuilegium ſibi ab habente poteſtatem datum ex vſu ipſo, & allegatione priuilegij ſimul connexis probatur præſumptiue priuilegium, & ex priuilegio præſumpto perinde, atque ex vero idem ſequitur effectus, ſiquidem præſumptum priuilegium æquipollet vero, quia tantum operatur *a* fictio, & iuris præſumptio in caſu ficto, & præſumpto, quantum veritas, in caſu vero.

Tertium in quaſi poſſeſſione, in qua Princeps Venetus a fundatione ſuæ Reipub. anno à Chriſto nato circiter 421. hanc exercuit poteſtatem iudicādi Clericos etiam in ſacris conſtitutos pro præfatis grauioribus, & atrocioribus delictis. In qua ſane quaſi poſſeſſione erant orientales Imperatores, qui ex Marciani, Leonis, Anthemij, & Iuſtiniani *b* conſtitutionibus de cauſis Clericorum criminalibus cognoſcebant, in eoſque animaduertebant.

Nam diuiſo Romano Imperio, quod videtur contigiſſe Caroli magni temporibus, ita vt idem Carolus occidentale, Nicephorus vero orientale obtineret, Reſpublica Veneta cæpit exurgere, ac nullum in temporalibus reco-

a in l. qui ad certum ff. locat. l. 1. in princ. C. de rei uxor. act. & notatur, ad l. ſi is qui ff. de uſucap.

b in l. ſi qua per calumniam, l. cū clericis, & l. omnes, C. de Epiſc. & Cler. auth. ut cler. apud propr. Epiſc. de qua in auth. nullus, & auth. Cleric. C. eod.

recognoſcens ſuperiorem, eam moribus, & vſibus Imperatorum tunc regnantium cũ auctoritate iudicandi Clericos, vſam fuiſſe, pluſquam veriſimile eſt. Quo ſane fit, vt eo tempore, ſicuti Cæſaribus de cauſis Clericorum criminalibus cognoſcendi ius erat, ita notionem hanc ſibi retinuiſſe, & hæc ad noſtra vſque tempora conſeruaſſe Veneti præſumuntur, nulla habita ratione conſtitutionis Federici ij. *c* Imperatoris, qua omnino à iuriſdictione omnes eximuntur Clerici.

Neque mirum, quia, & Reges Angliæ, eorumq. ciuiles magiſtratus, etiam toto eo tempore, quo ibidem Chriſtiana, & Catholica floruit Religio. de Clericorum criminibus *d* cognoſcebant, debitiſq. afficiebant pœnis.

Sed hiſce omnibus videtur poſſe vnica ſatisfieri reſpõſione, nempe ex priuilegijs, quæ ſe autumant habere. Nã ſi iam ab initio naſcentis Reipub. erant in hac quaſi poſſeſſione, vt eiſdem legibus, & moribus vti poſſent, quibus orientales Principes vtebantur, quid opus erat tot priuilegijs, tanta cum ſolicitudine, & cura à ſummis Romanis Pontificibus petitis, & ob maximam importunitatem obtentis?

Manifeſtiſſimi enim iuris eſt priuilegium nihil aliud eſſe, quàm priuata lex, vnde veteres, auctore *e* Gellio, priua dixere, quæ nos ſingula dicimus, & beneficia *f* interdum quoque appellantur, & generalibus derogant *g* legibus.

Quare dubium non eſt, quin Veneti cum viderint ſibi obſtare legem *h* generalem, qua vetitum eſt, ne Princeps laicus, eiuſue magiſtratus de Clericis, eorumque delictis poſſint cognoſcere, tum illi ne remanerent obnoxij, & plurimum ſuæ expedire Reipub. hanc habere facultatem intellexerint, huiuſmodi priuilegia ſummo quidem ſtudio obtinere procuraſſent: neque eſt veriſimile, ſi iure proprio id facere potuiſſent, voluiſſe ſpeciali lege, & prærogatiua ſibi conſultum iri, tum quia ſibi, iuribuſq. ſuis non minimum peperiſſent detrimentum, tum quia fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora. Immo fruſtra k à Principe impetratur, quod a iure communi conceditur. Clarum eſt itaq. id efficere non potuiſſe ſiue longiſſima præſcriptione, ſiue lege aliqua generali,

c qua poſt tit. ſeu d:rum habetur. de qua in auth. item ſtatuimus de epiſc. & Cler.

d Rota deciſ 10. de conſuet. in antiqu.

e lib. 10. cap. 20. can. priu. 3. diſt.

f in l. penult. ff. de conſt. Princ.

g in l. ius ſingulare, ff. de legib. & d. l. pen. c. Abbate S. cõtra quod verſ. hic aũt ſeſus de verb. ſignific.

h c. Clerici c. cũ non ab homine, et cap. qualiter, & quando de iud. c. ſign. de for. cõp.

i c. veniens, vbi notant omnes de præſcrips.

K l. vnica, C. de theſaur. lib. 10. l. 1. verſ. quod beneſic. ff. ad mun. c. nuper Abbat. & ibi gloſ. in ver. compend. verſ ; à de iure comm. & decim.

obſtantibus ſibi legibus, diuina, naturali, atque canonica, vt fuſius ſuo loco *l* eſt expoſitum.

Sed ne nihil dictum ſit, reſpondebo ad ſingula, neque in hoc morabor, an priuilegijs iſtis præſtanda ſit fides, cum in forma probanti, ſeu authentica non ſint producta, quo caſu *m* producenti non ſolent ſuffragari.

Siquidem maior exurgit difficultas è priuilegio Pauli iij. omnibus recentiori, & ampliori, cuius vigore iudicibus ſecularibus Venetiarum datur facultas animaduertendi in facinoroſos clericos tam regulares, quam ſeculares, etiam in ſacris ordinibus cōſtitutos atrocia delicta in eadem ciuitate, & diœceſi perpetrantes, ita tamen, vt Vicarius generalis patriarchæ Venetiarum prædictis iudicibus proceſſum conficientibus aſſiſteret, & ab eiſdem Vicario, & alijs iudicibus non eſſet præuentū.

Nam licet certiſſimi iuris ſit ſummum Romanum Pontificem iuſte certis in caſibus poſſe fori priuilegio derogare, etiam ſi exemptio *n* iſta ſit iuris diuini, vt poſt Archidiaconum *o* tradunt *p* omnes, & præcipue Cardinalis *q* Zabarella, aſſeuerans: ſicut poteſt Papa vnum Clericum laico ſubijcere, ita poteſt omnes clericos certis in caſibus ſubijcere vni Principi ſeculari. Cui ſe ſubſcripſit Tiberius Decianus in ſuo *r* tractatu criminali *ſ*: attamen cum eiuſcemodi priuilegium ſit omnino exorbitans à iuris communis diſpoſitione, & ab omni Eccleſiaſtica immunitate toti ſacro ordini conceſſæ, non videtur ſubreptionis vitio carere.

Et eo magis, quia in eo mentio fit expreſſa priuilegiorum Sixti iiij. Innocentij viij. Alexandri vj. & aliorum, tacito Pontificum nomine; Clementis vero vij. quod vltimum erat, & prorſus reſtrictum ad ſimplices Clericos, nec beneficiatos, nec in ſacris conſtitutos, nulla penitus facta commemoratione. Paulus enim iij. ſi illud vidiſſet, aut de eo ſcientiam habuiſſet, vel non conceſsiſſet, vel non de facili dediſſet, aut nō ita ampliaſſet, vt ex Innocentina, *r* & Bonifaciana *ſ* conſtitutionibus notant Innocentius *t*, Baldus *u*, Antonius *x* de Butrio, Abbas *y*, & ante eos Ioannes *z* Andreæ: quia non ſufficit, quod de primo priuilegio facta ſit mentio generalis, ſed requiritur ſpecialis; teſtimonio Silueſtri *a* Aldobrandini, nam quoties

l in cap. 4. §. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.

m c. 1. de fide inſtrum.

n ſupra c. 4. §. 15 can. rector. 34. diſtin. c. verū de ſor. comp. c. Rom. §. debet de appell. lib. 6. o ad can. ſunt quidam 25. q. 1. p. ad c. decernimus, de iudic. ad auth. item ſtatuimus, C. de ep. & cler. q. ad cap. perpendimus, de ſent. excom. r lib. 4. cap 9. nu. 66. r d. c. veniens. ſ cap. 2. de fil pre sbyt. t ad d. c. veniens, de præſc. u ibid. n. 3. x n. 10. y nu. 14. & 17. z ad d. c. 2.

a in conſ. 122. n. 18. cum ſeq.

quoties requiritur ſpecialis expreſſio, nõ ſufficit *b* generalis per quæcunq. verba fiat, maxime quãdo id, quod impetratur in facto conſiſtit, vt in caſu noſtro: cum alias Princeps facta ignorare *c* poſſit. Vnde ne decipiatur, & gratia ſit valida, requiritur *d* ſpecialis expreſſio, alioquin cenſetur præter principis intentionem *e* conceſſa, quod multis, varijſq. detineatur occupationibus, vel propter petentium *f* importunitatem.

Cum igitur hoc priuilegium Pauli iij. videatur eſſe ſubreptitium, tum dicitur eſſe nullum, vel nullius roboris, & momenti; vt in iiſdem terminis aſſeruit Ioannes *k* Lupus in ſuo de liber. Eccl. tractatu. Quibus addi poſſunt duo, quæ in eodem continentur priuilegio, quæque videtur ipſum reddere ſubreptitium, alterũ aſſertio illa, quod ab immemorabili tempore iudices ſeculares in ciuitate Venetiarum procedere conſueuerunt contra Clericos ſeculares, & regulares, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos; alterum quod refert ſe ad alia priuilegia, de quibus ſupra.

Quoad primum dicitur; de tali immemorabili non cõſtare, cum alias fuerit *i* enarratum, nullam dari poſſe immemorabilem, præſertim, vt laici cognoſcant contra *j* clericos in criminalibus. Et quamuis immemorabili locus eſſe poſſet, petendo priuilegium, ſibi præiudicaſſent, *k* quamuis ſine priuilegio Senatus Venetus etiam in homicidijs voluntarijs, & cogitatis, quæ dicuntur grauiora delicta in Clericos non animaduertebat, niſi prius petita, & obtenta à Summo Romano Pontifice licentia, aſſiſtente ordinario Eccleſiaſtico: nec prius animaduertebatur in facinoroſum, niſi præuia actuali degradatione, ita perhibet Tiberius Decianus in allegato ſuo tractatu *l* Criminali, teſtaturq. ſe bis vidiſſe, & obſeruaſſe. A quo tempore non potuit introduci immemorabilis. Floruit enim temporibus noſtris, ipſeque dum in Patauino gymnaſio profiteretur ei aliquoties operam dedi adeo, vt non poſſim ſatis mirari, vnde fundetur iſta immemorabilis. Niſi ab Iulio ij. cui promiſerunt, ſacroſanctis tactis ſcripturis, vlterius nunquam immunitatem Eccleſiaſticam ſe violaturos, hiſce quæ ſequuntur verbis anno ſcilicet 1510.

Nam & tempore Gregorii xij. patritij etiam Veneti

anno

b c. qui ad agendũ & c. qui generaliter de procur. lib. 6. gloſſ. ad c. inquiſitores verb. expreſſe de hæret. lib 6.

c cap. 1. de conſt. lib. 6. c. vt noſtrũ, ut Eccl. benef.

d in Clem. 1. de prabend. & cap. cum in illis eod. lib. 6. e in cap. ex parte de cas pell. monach. f l. 1. C. de petit. bon. ſublat. lib. 10. c. cum inuentate, §. caterum de purg. can. g c. poſtulaſti de reſcript. h par. 1. q. 1. n. 2.

i cap. 4. §. 17.

j c. clerici 8. ubi notant omnes de iudic. K in cap. veniens, ubi etiã omnes de praſcr. l d. lib. 4. cap. 9. n. 68.

anno ſaluſis 1407. cum quidam Clerici Venetijs non Sacerdotali, ſed ſeculari veſtitu induti, in nefando vitio, alijſque grauioribus criminibus deprehenſi à Ducis ſatellitibus eſſent, ſtatim eos Stephanus Stenus eiuſdem ciuitatis Princeps, vt cognouit eſſe Clericos, foro Eccleſiaſtico remiſit. Et idem Gregorius laudata Ducis pietate, cauſam huiuſmodi Polæ Epiſcopo, vt de illis iuxta canonicas ſanctiones ſumeret pœnas, commiſit.

Item nominibus, & modo, quibus ſupra, promiſerunt deinceps perpetuis futuris temporibus per ſe, vel alium, ſeu alios ex quauis cauſa, & quouis quęſito colore, aut ingenio non impedire, nec ſe quo quo modo intromittere, quominus cognitio cauſarũ fori Eccleſiaſtici libere exerceatur per iudices Eccleſiaſticos, & per eos dictæ cauſæ cognoſcantur, & terminarentur in quacunq. inſtantia tã in Romana Curia, quam in alijs locis, prout à Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Romano Pontifice pro tempore illas in quocunque ſtatu committi contigerit, nec appellationes, & procurationes in cauſis prædictis ad eandem Sedem, vel alios interponi, & interpoſitas libere proſequi, etiam in Romana Curia impedirent. Nec pariter Clericos, aut Eccleſiaſticas perſonas prædictas abſque expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, vel alterius Eccleſiaſtici iudicis, ad quem ſpectat, capi. carcerari, detineri, aut quauis moleſtia in eorum bonis, perſonis, aut beneficijs affici facient, aut permittent.

Ad ſecundum vero, quod referatur ad alia priuilegia, etſi receptior videtur eſſe opinio, vt quando Princeps concedit priuilegium certam, & determinatam diſpoſitionem continens, & in eo aliud refert priuilegium, tunc non conditionaliter, ſed cauſatiue loqui appareat, adeo vt falſa cauſa, vel falſa demonſtratio non vitiat priuilegium, vt poſt *m* Aretinum tenuere Felinus *n*, Curtius *o* Iunior, & Grammaticus *p*, ſi tamen cauſa eſſet talis, vt ea exiſtente falſa, alias Princeps non fuiſſet conceſſurns, tunc relatio prorſus vitiat priuilegium, teſtimonio *q* Oldradi, quem refert, & ſequitur *r* Ioannes Andreæ, ijdemque Felinus *ſ*, Curtius *t* Iunior, & Grammaticus *u*. At qui certum eſt ſi Paulus iij. ſciuiſſet priuilegium Clementis vij. eſſe coãguſtatum ad ſimplices Clericos, illud vtiq.

m conſ.76.num. 5.ex cap. Abbate de uerb. ſign. n ad cap.2.nu. 10. de reſcript. o cõſ. 97.n.4. p in deciſ.59.nu. 24. q in conſ.121.n.12 & 13. r ad ſpecul.tit.de feud.§. 1.n 3. ſ ad c.2.n.11.de reſcr. t conſ.97. n.4 uerſ.idem tenuit. u d. deciſ. 59.num. 27.

non

non conceſſiſſet, aut non confirmaſſet.

Præſertim quia de obſeruantia non conſtabat, immo potius de inobſeruantia, cum orator Venetus in ſupplicatione narraſſet à iudicibus Eccleſiaſticis fuiſſe oppoſitum, & recuſatum prædictis proceſſibus interuenire, & ſeculares iudices impedire. Et ſic per confeſſionem partiſmet, & tenorem Breuis conſtat de vitio ſubreptionis, quo caſu tale vitium etiam per confirmationem ex certa ſcientia non tollitur, vt poſt Innocentium *x*, Abbatem *y*, Decium *z*, & Beroum *a* tenuit *b* Rota coram Cantuccio in vna nullius iurisdictionis 5. Nouembris, 1576.

Sed dato ſine veri præiudicio, nullum adeſſe ſubreptionis, aut obreptionis vitium in priuilegio Pauli iij. illud tamen non aliter intelligi poteſt, atque iacet. Nam cum ſit odioſum, veluti contra ius commune obtentum venit ſtrictiſſime interpretandũ, tum diſponere tantum videatur, quantũ expreſsè loquitur, præſertim quando ſummis conceduntur Principibus, vt eſt iam *c* explicatum. Quatuor autem præcipua, ſeu ſpecialia continet, alterum perſonas reſpiciens, alterum delicta, tertium locum, in quo perpetrantur, quartum non procedi, niſi cum Vicarij aſſiſtentia.

Primum non ſe extendit, niſi ad clericos etiam in ſacris conſtitutos, ſecundum non ad omnia delicta, ſed ad atrociora, & grauiora, tertium ſi in ciuitate dumtaxat, aut in diœceſi committantur, vltimum ſecularibus iudicibus acta conficientibus aſſiſtat Vicarius Patriarchalis.

Hinc ſatis clare apparet, Dominos Venetos longe priuilegij fines tranſilijſſe, dum carceribus emancipaſſent Canonicum Vicentinum, & Abbatem de Herueſa, qui licet in ſacris ordinibus forſan conſtituti reperiantur, non ſunt tamen ſimplices Clerici, aut ſimplices Presbyteri, ſed in dignitate poſiti.

Et quamuis Canonici proprie, & partite loquendo non dicantur *d* habere dignitatem, tanto tamen fulgent honore, cum Epiſcopi ſint collaterales, vt largo ſumpto vocabulo dignitate dicantur præditi, teſtimonio *e* Felini, qui etiam *f* affirmat Canonicos, niſi vſu aliter eſſet receptum præcedere Abbates, & alias dignitates in Eccleſia Cathedrali, in proceſſionibus, & alijs actibus publicis,

x ad c. 2. in fi. de confirm. util. uel inutil. y ad c. 1. n. 8. uerſ. aut confirmatio eod.
z ad c. 1. nu. 7. prope fin. a ad d. c. 1. n. 32. b deciſ. 36. n. 13. Diuerſ. p. 2.
c ſupra cap. 4. §. 16. uerſ. nihilominus cum ſeq.
d c. ſtatutum ubi Gemin. & aly de reſcript. in 6.
e ad c. paſtoralis n. 12. de offic. del.
f ibid. n. 9. cum ſeq.

cis, cum ab Epiſcopo minus *g* ſeiungi debeant. Idcirco Hoſtienſis *h*, Abas *i*, & Antonius *k* de Butrio rectiſſime dixerunt in materia ſtricta, appellatione Clericorum non venire Canonicos.

Neque ſunt Veneti, neque in Ciuitate, aut diœceſi, delicta, quibus infamātur, perpetrarunt, neque fortaſſe atrociora ſunt, non enim ſcio criminum ſpecies, aut genus, & ſic non comprehenduntur illo priuilegio, vt omnes notant *l* noſtri iuris interpretes: neque adhibita eiuſdem Vicarij præſentia, vt in priuilegio cauetur expreſſe. Cum igitur Princeps Sereniſſimus, & Senatus Venetus manum in eos iniecerint, quos neque ex prænarrato priuilegio fas erat tangere, iure merito fuerunt excommunicati, aut declarati, cum ipſo facto incidiſſent *m* in Canonem. Cumque eodem abuſi fuerint indulto, ſeu priuilegio, eodem quoque veniunt priuandi, vel ipſo Peregrino teſte per ea, quæ ex eius *n* relatione diximus.

Ad ſecundum principale fundamentum, non eſt, quid reſpondeamus, quia ſatis oſtenſum fuit immemorabilem quoad incapacitatem nihil operari, niſi cum allegatione priuilegij, ſed cum admittamus priuilegium, illudq. producatur, non eſt laborandum, an allegatio priuilegij iuncta cum immemorabili eandem habeat vim, quam habet priuilegium, ſed de validitate, aut inualiditate priuilegij tota noſtra eſt diſputatio, atqui aſſeuerauimus non carere ſubreptionis vitio, & quatenus nullum ineſſet vitium, eſſe longe potius reſtringendum, quam extendendum, cum ſit penitus odioſum, & omnino contra libertatem Eccleſiaſticam.

Tertium erat ex quaſi poſſeſſione, iam ab initio Reipublicæ præſcripta, animaduertendi in facinoroſos Clericos, quaſi in ius Orientalium Principum ſuffecti. Neque moram in hoc contraham, vt diſputem, vtrum verum ſit, nec ne, quod ſucceſſerint in locum Orientalium Imperatorum; dicam dūtaxat male notatum anno circiter 421. ortum habuiſſe Rempublicam Venetam, cum longe poſt id contigerit. Nam licet non vna ſit ſcriptorum opinio, quod nam vere fuerit eiuſdem Reipublicæ exordium, in hoc tamen vnum conueniunt omnes *o* illius quidem iacta fuiſſe quaſi ſemina, ipſo Attilæ in Italiam aduentu.

Hic

g c. nouit. & cap. quanto, de his q̃ fiunt à Prælat. *h* ad c. cum tibi, *i* ibid. n. 4. & ad rubr. de vit. & honeſt. Cleric. *k* ad d. c. cum tibi, nu. 6. de verb. ſign. *l* ex cap. capella, §. quo circa de priu. ex can. petiſti. 7. q. 1. can. quadam lex. §. quod ſcripſi. 38. q. 3. c. ſedes. de reſcr. c. quia periculoſum de ſent. excomm. lib. 5. *m* can. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. c. non dub. cum ſeqq. de ſent. excommun. & alibi paſſim. *n* ſupra cap. 7. §. 1. verſ. ſupereſt reſponſ.

o Blondus regione 8. Sabel. Decad. 1. lib. 1. Petrus Iuſtinianus lib. 1. Hiſt. Venet. ab Vrbe cond. Gaſpar Contar. lib. 1. fere ab initio, de magiſt. & reipub. Ven. Card. Baron. annal. To. 6. pag. 177.

Hic enim Aquileiam poſt triennij obſidionem vna cum pluribus eiuſdem Venetæ Prouinciæ Ciuitatibus, & Oppidis cepit, vaſtauitq. quod cõtigiſſe referunt anno circiter 452. Ex quo belli incendio, qui ſuperfuerant, vt barbarorum furorem, & crudelitatem penitus euitarent, in illa æſtuaria, ſiue ſtagna, in quibus hodie inſignis Venetiarum ciuitas condita eſt, atque adiacentia loca confugere. Sed diuina Leonis Pontificis maximi eloquentia perſuaſus Barbarus cum in Pannoniam reuerſus eſſet, tum illi in ſua domicilia ſe iterum receperunt, non ita tamen, quin ex illis plures in cœptis ſedibus perſtiterint. Verum nec Reipulicæ forma vlla apparebat, adhuc inter illos, nec inſimul ad publica negotia conueniebant. Quod graphice admodũ deſcribit M. Aurelius Caſſiodorus, qui floruit Iuſtiniano Imperante, cum ſcilicet Italiæ dominarentur Gothi, quorum fuit Senator, & Præfectus Prætorio circa Chriſti annum 570. Ita enim ſcribit *p* Tribunis Maritimorum. Venetiæ prædicabiles quondam plenę nobilibus, ab auſtro Rauennam Padumq. contingunt, ab oriente iucunditate Ionij litoris perfruuntur, vbi alternus æſtus egrediens modo claudit, modo aperit faciem reciproca inundatione camporum. Hic vobis aquatilium auium more domus eſt. Namq. nunc terreſtris, modo cernitur inſularis. Vt illic magis æſtimes eſſe Cycladas, vbi ſubito locorum facies reſpicis immutatas. Earum quippe ſimilitudine per æquora longe patientia, domicilia videntur ſparſa, quæ natura non protulit, ſed hominum cura fundauit. Viminibus enim flexibilibus illigatis terrena illic ſoliditas aggregatur, & marino fluctui tam fragilis munitio non dubitatur opponi, ſcilicet quando vadoſum litus moles eijcere neſcit vndarum, & ſine viribus fertur, quod altitudinis auxilio non iuuatur. Habitatoribus autem vna copia eſt, vt ſolis piſcibus expleantur. Paupertas ibi cum diuitibus ſub æqualitate conuiuit, vnus cibus omnes reficit. habitatio ſimilis vniuerſa concludit: neſciunt de penatibus inuidere, & ſub hac menſura degentes euadunt vitium, cui Mundum conſtat eſſe obnoxium. In ſalinis autem exercendis tota contentio eſt, pro aratris, pro falcibus, cylindos voluitis, inde vobis fructus omnis enaſcitur, quando in ipſis, &

p epiſt.24.variarum lib.12.

N quæ

quæ non facitis, poſſidetis. Moneta illic quodammodo percutitur victualis. Arti veſtræ omnis fructus addictus eſt. Hactenus Caſſiodorus.

Conſtantinopolitani verò Imperatores Beliſario primum, mox Narſete ſtrenuis ducibus illam Venetiæ oram a barbarorum incurſionibus ferro, & incendio liberarūt. At poſtea cum Albonius q Longobardorum Rex eiuſdem Narſetis Sophiæ Auguſtæ contumelia offenſi perſuaſu in Italiam veniſſet; Aquileiam recepiſſet, alijſq. circumiectis Oppidis, immo Foroiulio ipſius Prouinciæ capite fuiſſet potitus, eiuſque miles ſolita barbarie in uictos vteretur, Veneti illi populi æſtuaria rurſum petiere, ibidemq. ne iterum barbarorum ſæuitiæ, & crudelitatis Ludibrium fierent, ſeſe continuere.

q Sigon. de Regno Italiæ lib. 1. pag. 16. ann. 568

Quibus, vt quandoquidem conſultum eſſet, Helias Patriarcha Aquileienſis circa annum Domini, 580. auctoritate Pelagij ij. Romani pontificis, coactis omnibus illius Prouinciæ Epiſcopis, qui numerum xxvij. vel vt notauit r Sabellicus xx. expleuerunt, inter quos Solatius Veronenſis, Angelus Tridentinus, Fontagius Feltrenſis, Synodum habuit. Siquidem gens hæc Veneta cum eſſet omni Imperatoris, eiuſq. magiſtratuum auxilio deſtituta, auctoritate, & nutu ſuorum Antiſtitum, ac paſtorum regebatur.

r de Vetuſtate Aquileia lib. 4. pag. 214.

In ea autem Synodo fuit decretum, vt omnes Epiſcopi, quibus oppido infeſti erant Longobardi, vna cum ſuis plebibus in inſulas ipſius Adriatici maris (Quæ Venetiæ, hoc eſt quidquid in ſalſis aquis eſſet, dicebantur, ceterum, vt auctor ſ eſt Blondus, Lombardia) ſe conferrent, vt non modo ſemetipſos conſeruarent; verum etiā plebes ſuas tuerentur, eiſque omnia Epiſcopalia munia exhiberent, atque adeo in omnibus adiumento eſſent. Quocirca idem Helias Patriarcha t ex Aquileia ſedem ſuæ Eccleſiæ Gradum iuſſu Pelagij tranſtulit; quamquam eo defuncto Aquileienſem Eccleſiam à Gradenſi diuiſam eſſe memoriæ mandauit u Sabellicus, Petrus vero Altinas Epiſcopus inſulam Torcelli occupauit, Concordiæ Epiſcopus Caprulas, Albergus Patauij Epiſcopus Methamucum, vel, vt placuit x Blōdo, Riualtum, alijq. in alias minores inſulas, ſeu ſtagna Epiſcopales ſedes ſuas traduxerunt.

ſ in d. reg. 8. pag. 370.

t Sigon. eod. lib. 1. pag. 24. ann. 580.

u in d. lib. 4. de uetuſt. Aquileia pag. 218.

x d. pag. 369.

xerunt. In quibus equidem locis, vt politica adminiſtratio ad Reipublicæ formam conſtitueretur, perſuaſit Helias: ita tamen, vt ſuprema auctoritas penes vnum quenque ipſorum Antiſtitum reſideret, ipſoq. anno Domini 584. eiecto vno Tribuno, decem ſunt conſtituti.

Populus autem Opitergij licet ſedes ſuas radicitus fere Attilas euertiſſet, quamobrem in æſtuaria ante alios ſe contulerat, cum & numero, & diuitijs alios longe ſuperaret, ad maiorum ſuorum ſedes, ſeu domicilia tunc temporis reuerſus eſt; ibidemq. perſtitit vſque ad annum 638. quo ſcilicet tempore Rotharis *a* Longobardorum Rex ab Alpibus Cottijs bello in Venetias translato, Opitergium rurſus inuadit, & depopulatur. Idcirco relicto iterum Opitergini patriæ ſolo, alios Venetos imitati, & ipſi ad æſtuaria, & ſtagna ſe transferunt, atque ad oſtia Plauis amnis euecti ciuitatem, auctoritate Seuerini Rom. Pontificis ſibi ædificarunt, eamque à nomine Imperatoris, tunc in Oriente regnantis Heracliam nominarunt, quæ a poſteris Ciuitas noua vulgo deinceps appellata eſt. Ita *b* Blondus: Cum Rotharis Longobardorum Rex Opitergium Ciuitatem diruiſſet, eius Ciuitatis Epiſcopus, nomine Magnus ad Stagna confugiens conſenſu, & auctoritate Seuerini Pontificis Romani, & Heraclij Imperatoris ciuitatem condidit, quæ ab ipſo Imperatore Heraclia eſt appellata.

a Sigon. eod. lib. 2. pag. 74. ann. 638. Blond. in d. regione 8. pagin. 370. Sabelli. Aeneid. 8. lib. 6.

b in d. pag. 370.

In qua ciuitate idem Magnus Præſul, Baſilica B. Petro Apoſtolorum Principi dicata, ſedem perpetuam poſuit. Ad quam ne dum Opitergini, verum alij etiam ex illis omnibus inſulis adiacentibus primores viri confluxerunt, qui primum auctoritate ſui Epiſcopi Rempublicam conſtituerunt, aliquibus creatis Conſulibus. Verum aliquo poſt tempore Conſulibus *c* eiectis per Tribunos regi maluerunt: nunquam tamen diminuta Antiſtitis ſuperioritate.

Eadem quoque tempeſtate, ait *d* Sabellicus, Paulus Altinas Antiſtes Longobardica arma reformidans, vicinorum conſternatus clade cum omni ſacra ſupellectile frequentiq. popularium manu Torcellum migrauit. Patauina quoque ſedes, Seuerino Pontifice Romano auctore, Medoacum per id tempus inuecta eſt.

c Blond. eod. pag. 371 Sabell. d. lib. Decad. 1. pagin. 1090. & 91.

d in d. lib. 1. pag. 1093. in fin.

Ex quibus quis non videt omnem penes Antiſtitē fuiſſe auctoritatem, omne imperium? At quoniā in dies magis, ac magis oriebantur inter ciues odia, iræ, atque diſſenſiones, anno Domini 697. Viſum eſt neceſſe aliam Reipublicæ formam adinuenire. Quapropter publicum omni Veneto nomini in Heracliam indicitur concilium; cui, vt ſcriptum reliquit *e* Sabellicus, Chriſtophorus Gradenſis Antiſtes cū numeroſo Clero, interfuit, & præfuit. In eo autem de creando Duce decretum. Cuius *f* electioni non tam idem Chriſtophorus Gradenſis Antiſtes, quam alij illius Prouinciæ Epiſcopi Clerus, & Tribuni vota dedere.

e in d.lib.1.pag. 1064.

f Blond. in eod. pag.370. & Ioan. Nauclerus uol.2. generatione 24. prope fin.

Verum qui nam fuerit primus in Ducem electus non bene ſatis conſtat inter rerum Venetarum ſcriptores. Blondus *g* refert fuiſſe Heraclianum Paulinum Ciuem Heraclianum anno ſalutis ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo. A quo nec videtur diſſentire *h* Sabellicus, cum communi omnium conſenſu Paulutium Heraclianum primum Ducem declaratum notat, anno ab Vrbe condita 282. vel 297. Petrus *i* vero Iuſtinianus tradit ad hanc dignitatem primum euectū Paulutium Anafeſtum, vt alias ipſe *k* attigi. Nauclerus vbi ſupra illum nominat Paulum Lucium Heraclianum. Eo autem plane conſtituto per tres Oratores Petrum Candianum, Michaelem Patricianum, & Theodoſium Ipatum Romā miſſos, a Deodato beatiſſimo Romano Pontifice, vt ea electio confirmaretur, petitum eſt. Quod quidem eligendi ius, inſtituendiq. Ducem Venetis perpetuis futuris temporibus auctoritate Apoſtolica confirmauit Pontifex. Et ſi iuxta Chronicorum computationem, vt rectiſſime obſeruauit vir excellentis ingenij, eximiæq. pietatis, & zelo iuſtitiæ plenus Marianus Perbenedictus, Cardinalis ampliſſimus de Camerino nuncupatus, anno 697. Sergius Romanæ præerat Eccleſiæ, non æque Deodatus; qui longe antea eandem rexit Eccleſiam. Sed error fortaſse irrepſit in curia impreſſorum, vel in nomine Pontificis, vel in annorum numero, vt factum item apparet in nomine primi Ducis. Quidquid tamen ſit, in hoc vnum conſentiunt, omnes ſiue Deodati temporibus, videlicet anno 669. ſiue Sergij 697. electionem fuiſſe factam ab Antiſtite Gradenſi ab

g eod.

h in d.lib.1 pag. 1095.

i in d.lib.1. hiſt. Venet. ad urbe cond.

K ſupra cap. 5.

ſi, ab aliiſque Venetæ Prouinciæ Epiſcopis, Clero, Tibunis reliquoque populo, eiuſque ab ipſo Chriſti Vicario confirmationem petitam, & obtentam.

Petitio autem confirmationis præſupponit, vt nemo neſcit, ſubiectionem, ſicut confirmatio prę ſe fert ſuperioritatem. Hinc videmus *l* confirmationem fieri a ſuperiore, non item ab inferiore, atq. ideo ſi iudex laicus Eccleſiaſtici ſententiam confirmat, nulla dicitur *m*. confirmatio, tanquam ab inferiore facta. Nam inferior non poteſt ſuperioris actui robur addiicere, & tamen *n* natura confirmationis eſt electioni virtutem addere. Si quidem confirmatio dicitur pars, & implementum electionis, conſiderato effectu, prout dicimus venditionē traditione impleri, etſi videatur *o* ſine traditione perfecta. Immo confert ius, quia electio per ſe nihil operatur validum, vt in teſtamento, cuius vigor licet ex ſui confectione oriatur, ſola tamen teſtatoris *p*. morte confirmatur, & executionem *q* habet ab hæreditatis aditione; vel ſaltem titulum iuris, quia confirmatio proprie eſt decretum, ſeu ſententia, vt teſtatur optime *r* Iapus: Quinimò qui confirmat, dare dicitur, omnia *r* enim noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur.

Ex hac igitur confirmatione ab Apoſtolica ſede primum obtenta, mox ex priuilegiis pluribus habitis Reipublicæ Venetæ firmatur auctoritas. Nam cum Cæſareē Imperio Occidentali ob eorum ſchiſma, atq. hæreſes eſſent priuati, æſtuaria illa, & ſtagna, immo etiam ipſi Populi, tanquam bona vacantia exiſtere videbantur, atque ita auctoritate ſummi Pontificis, vnigeniti Dei filii in terris vice fungentis, iuſte *ſ* potuerant vſucapi. Quā ob vnam potiſſimum cauſam eiuſdem inclytæ Reipublicæ Princeps, & Senatus ſemper, & vbiq. Romano adheſerunt Pontifici, eiuſdemq. patrocinio, atq. ſuprema auctoritate protecti ſunt tam contra Imperatores Conſtantinopolitanos, quam contra Occidentales. Vnde ipſi Romano Rectori pro tempore exiſtenti debitam ſemper reuerentiam, & obedientiam peſtiterunt, ab eiuſq. monitis, & mandatis ne tantillum quidem, vt ab errarent, religioſe admodum cauerunt, prout in multis, variiſq. hiſtoriis legitur, & ſane Zachariæ ſummo Pontifici exacte

parue-

l tot. tit. de confir. util. uel inutil.
m Io. de Imol. cōſ. 127. in caſu prępoſſo, num. 3. uerſ. praeterea ſentētia.
n Caſtrenſ. conſ. 187. notandū eſt in prin. li. 2. Corn. conſ. 9. n. 3. lib. 3.
o Oldra. conſ. 146 uerſ. etſi aliquando, nu. 1.
p Apoſt. ad Hebraeos c. 9. q. idem Oldra. conſ. 280. num. 14.
r In allegat. ult. uerſ. ad ſecundū, nu. 2. & 3.
r l. 1. C. de uete. iure enucl. Alex. conſ. 122. uer. puncto, n. 4. uer. quia ille lib. 4. Alciat. ad l. obuenire, in gloſ. fi. ff. de uerb. ſignific.
ſ l. iuſte ff. de acquiren. uel amit. poſſ.

paruerunt, cum illis ad huc Heracleę habitantibus inhibuerit ſub anathematis poena, ne ſeruos *t* Chriſti ſigno notatos, Saracenis, & gentilibus venderent; id quod eorum mercatores conſueuerant.

t Platina in uita Zaccharia in fi. et ſupplem. Chro. lib. 10. ann. 747.

Mauritius quoq. vij. eiuſdem Venetæ Reipublicæ Princeps anno 769. vna cum Ioanne xxxj. Aquilejæ, & Gradi Patriarcha Adrianum primum adiit, rogat, ſummiſq. exorat precibus, vt Venetam Prouinciam ab incurſionibus, & iniuriis Longobardorum, à quibus non eius tantum ſubditi, ſed ſacri etiam ordinis viri plurimum vexabantur, liberare conaretur. Quod cum per ſe armis agere minus poſſet, vocato in Italiam Carolo Magno Francorum Rege optimo, Deſiderium ſuperauit, Longobardorum dominationem omnino euertit, vt idemmet Pontifex Conſtantino vj. & Cirenæ eius matri perſcripſit *u* in hæc verba, Carolus Rex Francorum, & longobardorum, & Patricius Romanus noſtris obtemperans monitis &c. ſubditq. Vnde per ſua laborioſa certamina Dei, & Apoſtolicæ Eccleſiæ ob nimium amorem plura bona in perpetuum obtulit poſſidenda, tam Prouincias, quam Ciuitates ſeu Caſtra, & cetera territoria, immo, & patrimonia, quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur brachio forti eidem Dei Eccleſiæ reſtituit, cuius eſſe cognoſcebatur: Ne ſcilicet putaret quis Carolum de ſuo dediſſe Eccleſię.

u In epiſt. tom. 3. Cōc pag. 477. quæ Venetijs ſunt impreſſa.

Cuiuſmodi autem bona hæc fuerint clariſſimis verbis oſtendit Leo Hoſtienſis Epiſcopus in ſua Caſſinenſi Chronica *x* dicens: Alunis cum inſula Corſica, inde Inſuranum inde in montem Bardonem: Vercetum, parmam, Regiū, Mantuam, & Montem ſilicis, ſimulq. vniuerſum Exarchatum Rauennæ, ſicut antiquitus fuit, cum Prouinciis Venetiarum, & Iſtriæ, cunctumq. Ducatum Spoletinum, & Beneuentanum.

x lib. 1. c. 9. & 14.

Quas quidem Prouincias Carolus Dei Eccleſiæ non dediſſet, aut reſtituiſſet, niſi alterius, id eſt Pontificis poteſtati, aut ſuæ fuiſſent obnoxiæ. Nā cum *a* alias haud obſcure probatum fuit Venetias non minus, ac reliquas Italiæ oras Imperatoris, aut Regū dominio fuiſſe ſubiectas immo proprium à regiis miniſtris Venetiarum Canonicarium fuiſſe conſtitutum auctor *b* eſt M. Aurelius Caſ-

a ſup. c. 3. §. 3.

b in ep. 4. & 7. lib. uariar. 12.

Caſſiodorus. Idem autem Carolus ob res pręclare pro Eccleſia geſtas Vniuerſo poſtulante Romano populo à Leone *c* iij. fuit Imperator declaratus, occidentali imperio in eum tranſlato. Qui in Galliam reuerſus, Pipinum filium Italię Regem dixit. Qui ira contra Venetos incenſus, quod Nicephoro Orientali Imperatori pluſquam par erat, & ſi alii *d* aliam afferant cauſam, fециſſent, Italiam magno cum exercitu repetiit; Venetoſq. populos non mediocri clade affecit, iiſque, qui inſulas incolebant, claſſe obſeſſis, ne nauigio aliunde aduheretur commeatus ac pluribus eorum in poteſtatem redactis, vtputa Exquilio, Heraclea, Albiola, Clugia, ſiue foſſa Caludia, atq; etiam Methamuco, vbi tunc temporis Dux ſedem tenebat, alii primis ſedibus relictis in Riuumaltum commigrauere. Obelingerio Duce in ordinem redacto, & in eius locum Angelo Partiario ſuffecto.

c Platina in uita eiuſd. Leonis iij.

d Blond. Decad. 2 lib. 2. Petrus Iuſtinianus lib. 1.

Hic igitur primus fuit, qui in Riuoalto, quæ nunc primaria miræ, & ampliſſimæ ciuitatis regio eſt, Principatum obtinuit. Quo etiam Rempublicam adminiſtrante, & eodem Leone tertio Rom. Pontifice adnitente bellum finem habuit. Leo etenim pro Venetis vadimonium, vt ita dicam, Pipino Regi præſtitit, quod ſcilicet deinceps Græcis Imperatoribus nec adhærerent, nec vllam opem ferrent, optatiſſimam pacem ab eo ſunt conſecuti, vt nauigationem libere non Conſtantinopolim modo, verum etiam per vniuerſum Orientem mercimonii, & negotiationis ergo poſſent exercere.

Per quod ſane tempus, anno ſcilicet 800. ſeu 801. Carolus *e* de diuidendo imperio primum cum Cirene, mox cum Nicephoro, vt hic Orienti, ipſe vero præeſſet Occidenti, conuenit. Nicephorus autem imperio aſſumpto Conſtantinopolitano anno 803. miſit foederis inſtaurandi cauſa legatos ad Carolum in Germaniam, in quo cautum eſt, Nauclero *f* teſte: quod Veneta Vrbs maritima vtrunq. Imperatorem reuerita, propriis vteretur legibus, & ſiue bello ſiue pace neutrius partis cenſeretur. Nec multo poſt Dux Venetorum, necnon Paulus Dux Gradnum, idemq. eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus legati ad Carolum cum donis venientes Saliſburgam, ordinationẽ receperunt, quo iure quiſq. viueret, cuius etiam pacis formu-

e Blond. in d. Decad. 2. lib. 1. Sabell. Ennead. 8. lib 9. Annon. lib. 4. c. 90. Genebral dus Chronic. lib. 4 ann. 800.

f in volum. 2. generat. 27. p. 697.

formulam Carolus Romano Pontifici inſinuauit. Hæc Nauclerus.

Ex quibus liquido conſtat Ducem, & Rempublicam Venetam nec ab ipſo naſcentis ciuitatis exordio, nec multo poſt libertate fuiſſe vſos, ſed vel Imperatoribus, vel Regibus, vel Epiſcopis, & Romanis Pontificibus tanquam ſubditos paruiſſe. Et ſi quam liberam ſubinde poteſtatem habuerunt, hanc non a Deo immediate, vt pſeudotheologi autumant, ſed ſummorum Pontificum conceſſione, & ope ſunt conſecuti: A quibus etiam, & præcipue ab Alexand. iii. maximis aucti ſunt priuilegiis; Nā ijs, Duci ornamenta, & inſignia, quæ ſolis Pontificibus erant propria, conceſſit; præſertim fanale candidum; Vmbellum ornamentum galero perſimile. Et quod plumbo poſſet litteras ſignare, ſeu ſigillare. Octo item vexilla ſerica diuerſorum colorum obtulit, ac cereum album eidem condonauit. De quibus omnibus ab eodem *g* Nauclero memoriæ proditum eſt.

g in d. vol. 2. generat. 40. p. 850. in fin.

Hæc omnia breuiter libuit inſinuare, vt Peregrinus intelligat tantum ab eſſe, vt iam inde ab initio exurgentis Reipublicæ Venetus Senatus ius habuerit quaſi ſibi connaturale, & innatum animaduertendi in facinoroſos Clericos, quod neq. libero vnquam gauiſus fuerit Principatu. Atq. etiam, vt videat hanc Rempub. non adeo originis antiquitate conſenuiſſe, vt ad extremam ætatem iam perueniſſe videri poſſit. Eam ſane ipſi, quod Italiæ vniuerſæ ſplendori, & bono interſit, vegetiorem, & diuturniorem percupimus, ea tamen conditione, & lege, ſi debitam reuerentiam, & obedientiam ſummo Romano Pontifici præſtet, ſeque veram Romanę Eccleſiæ filiam, vt par eſt, profiteatur, & exhibeat.

Sed ad rem noſtram, & ad ea, quæ nobis maximum videntur faceſcere negotium, obijciebatur primo conſtitutio *h* Theodoſij, & Valentiniani, cui reſpondetur eandem pro libertate Eccleſiæ ſtare. Nam vt laicorum petulantiam, mordacitatem, & arrogantiam refrenarent, & debitum ſacro Ordini honorem conſeruarent, ſtatim ab initio, ſi qua per calumniam, inquiunt, poſtulatio ſuper criminalibus cauſis apud competentem iudicem depoſita

h in d. l. ſi qua per calumniam, C. de Epiſ. & Cler.

exhi-

exhibitionis cauſa fuerit ſacroſanctæ Religionis Antiſtitis, triginta pondo auri condemnatione, &c. voluerunt pij Imperatores mulctatos iri eorum ſubditos, qui per calumniam auſi fuerint apud ſupremos Eccleſiaſticos iudices accuſare Epiſcopos.

Idem videtur conſtituiſſe Marcianus *f*, Leo *t*, & Anthemius, nam iſti, Nullus *u* aiunt, executor vexare contumeliis Clericos vllos, nullis impulſoribus moleſtare, nullis exprobare conuitiis, aut corporalibus iniuriis fatigare conetur; ijs, qui huiuſmodi aliquid aggreſſi fuerint, poſt amiſſionem cinguli, & patrimonii, vltima protinus animaduerſione plectendis. Idem videtur conſtituiſſe Iuſtinianus *u*.

f in l. cum Cler. *t in l. ois, C. eod.* *u in d. l. ois, §. preterea.*

Et quanquam negari non poteſt, quin iidem Principes Orientales videantur, ad ſuum forum Clericorum cauſas tam ciuiles, quam criminales interdum traxiſſe, attamẽ ego in ea ſum ſententia, vt exiſtimem, id factum eſſe non ſolum de conſenſu Orientalium Epiſcoporum, ſed etiam hortatione, & rogatu eorum, prout de conuocandis conciliis pro rerum incidentium vſu ſæpe Reges, & Imperatores per Romanos Pontifices fuiſſe rogatos obſeruaui *x*.

u in d. auth. nullus, & d. auth. clericum.

Nam, etſi omnium, quæ a maioribus noſtris conſtituta ſunt, certa *y* ratio reddi, non poſſit; ego tamen ea moueor coniectura, vt ita ſit, quoniam pręcitati Imperatores ſemper præcipiunt, vt Clerici debeant coram ſuis Epiſcopis conueniri, ſi forte aliqua ex cauſa actor noluerit non alibi, conueniatur, quam coram Pręfecto Prætorio. Nam, & Iuſtinianus, nullus, inquit *a*, Epiſcopus inuitus ad ciuilem, vel militarem iudicem in qualibet cauſa producatur, vel ex habeatur, niſi Princeps iubeat, quaſi inferre velit, nullum alium habere iudicem, quam Archiepiſcopum, aut Patriarcham, vel Præfectum Prętorio, a maioribus noſtris de conſenſu, & rogatu totius ſacri ordinis datum.

x lib. 1. c. 11. nu. 30. cum ſeqq. de ſacr. immunit. *y l. non omnium, ff de legib.* *a d. auth. nullus*

Præfectus Prætorio quantæ eſſet autoritatis, & dignationis *b* ex Pandectis conſtat aperte, & ex iis etiam, quæ habentur in prænarratis conſtitutionibus, ſiquidem in illa Marciani *c*, eminentiſſimæ tuæ ſedis examen, Et in illa Leonis, & *d* Anthemii (vtraq. enim Præfecto Præto

b in tit. de off. Præfect. Prætor. *c in d. l. cum cler.* *d in d. l. omnes, §. exequutoribus. uer. uerum. e l. 1. ff. eo. de off. Pręf. Pręt.*

rio dirigitur) ex ſententia tuæ Sedis ampliſſimæ a cuius ſanè ſententia, ſicut à ſententia ipſius Principis, *e* appellari nefas erat. Vnde *f* Caſſiodorus, Pene eſt, vt leges poſſit condere, quando eius reuerentia poteſt negotia, ſine appellatione finire. Et poſt aliqua ſubtexuit: Poteſtate nulla dignitas eſt æqualis. Vice ſacra vbique iudicat.

f lib. 6. variarum formul. 6.

De Marciano Imp. hoc refert antiquitas, dū intereſſet Chalcedonēſi *f* Concilio: Nos inquit, ad fidem confirmandam, non ad potentiā oſtendendam exemplo religioſiſſimi Principis Conſtantini, Synodo intereſſe volumus, vt veritate inuenta, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet, quædam capitula ſunt, quæ ad honorem veſtræ reuerentię vobis reſeruauimus, decorum eſſe iudicantes à vobis hæc potius firmari per Synodum, quam lege noſtra ſanciri. Huius etiam meminit *g* Gratianus. Idem quoque dici poteſt de Leone, Anthemio, & Iuſtiniano, qui omnes quanta cum reuerentia, & decore, & quanta cum dignitate, & exiſtimatione de Sacerdotibus, & alijs Clericis loquantur, teſtantur clare eorundem conſtitutiones, & pręcipue hę quas paulo ante retulimus.

f Act. 6.

g in can. 2. & 3. diſtin. 96.

Flagrabat etenim tunc temporis vniuerſus Oriens hæreſum incendio, infima quoque erat Eccleſiæ auctoritas, eiuſque dignatio vileſcebat quodammodo, vigente adhuc paganyſmo, cum omnes ferme Magiſtratus ethnici adhuc eſſent, vnde fauore, potentia, & brachio ſecularis Principis, rerum domini opus habebat Eccleſia, ab eodem etenim Leone *h* paganyſmus publicum, & capitale crimen ſtatuitur. Neque mirum, nam & ante, cum vſque ad Theodoſium, atque etiam poſt, ipſoſmet Imperatores, etſi Chriſtianos, adhuc tamen Pontificis Maximi titulo affectos haud obſcure apparet ex illo lapide, qui eſt in Pōte Inſulæ Tiberinæ, qui ripam Tranſtiberinam attingit, videlicet Valentinianum, Valentem, & Gratianum, hunc quoque in gratiarum actione Pontificem Maximum nominat Auſonius.

h in l. 1. C. de pagan.

Cum ergo vel ab hæreticis, vel à paganis, qui nullum alium, quam Imperatorem in terris recognoſcebant ſuperiorem, Epiſcopos, & Clericos ad quemcumque iudicem trahere volebant, & ne tanta ſacro Ordini iniuria fieret, neue per tribunalia inferiorum iudicum more bai-

iulorum

iulorum diſcurrere, & concurſare viderentur, obtinuerunt ſibi dari iudicem Præfectum Prætorio, tamquam ab ipſis electum, & delegatum, ita vt alibi conueniri nequiſſent.

Quinimo id factũ forſan fuit etiam de conſenſu, & adhortatione Romanorũ Pontificũ, quippe qui ſolebãt pro Eccleſiæ neceſſitate, & Chriſtianæ Reipublicæ vtilitate adhortari Reges, vt ſupra dixi, & Imperatores, ad aliquid faciendum, quod ex Epiſtolis *i* Gregorij Magni facile colligitur, nam in vltima tandem concludit, nec diſſimulanda ſunt, quæ dicimus, quia qui emendare poteſt, & negligit, participem ſe proculdubio delicti conſtituit. Prouidete ergo, animæ veſtræ, prouidete nepotibus, quos cupitis regnare feliciter, prouidete Prouincijs, &c. Eiuſdem quoque rei manifeſtiſſimum nobis præbẽt argumentum, quæ ſcripſit Ioannes Papa Iuſtiniano, qui Epiſtolam eiuſdem in ſuo *j* Codice voluit inſerere. Nam & Cardinalis Baronius perite ſcribit, legem Valentiniani, quæ in Codice Theodoſiano habetur, quaque Clericorum, & Monachorum auaritia cohibetur, conditam eſſe ipſo Damaſo Papa id agente, quod alias adnotauimus.

i Epiſt. 53. 55. et 64. lib. 3.

j poſt l. 4. de ſum. Trinit. & fid. Cath.

At ſi illa conſtituerunt auctoritate propria, quod non auſim affirmare male equidem, & de facto, non item de iure fecerunt, nec facere potuerunt, adſtipulante poſt alios Nicolao *k* Boerio.

k in deciſ. 31. n. 4.

Et cum ciuitas, & Reſpublica Veneta inter limites occidentalis Imperij ſita ſit, adhærere potius deberet occidentalibus pijs, & religioſis Principibus, quam Orientalibus; qui poſt eorum contumaciam, & dignitate, & imperio, ac denique libertate ſunt priuati, nam illi quanto dignam fauore putauerint Eccleſiam, eiuſque Præſides, & Miniſtros, teſtantur eorum conſtitutiones *l* nullo interitura tempore.

l in auth Caſſa. C. de ſacroſ. Eccl. auth ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cler.

Neque obſtat, quod idem Peregrinus de conſuetudine Regni Angliæ, quod etiã in occidentali imperio exiſtit, in medium affert, vt ibidem Rex, aut eius ciuiles magiſtratus de cauſis criminalibus Clericorum cognoſcerent, eoſdemque plecterent pœna delicto, aut ſcelere cõdigna.

Reſpondetur fuiſſe de huiuſmodi conſuetudine dubitatum, ſed hac de re conſultus Pontifex Maximus ex voto

m in d.deciſ.10. de conſuetud. in antiq. quæ incipit, vtrum valeat cõſuetudo.

n lib.3. de vnit. Eccl.

o lib.4. cap.11. n.18. de Hiſpan. primogen.

m Rotæ reſpondit, præfato Regi nullam competere notionem in Clericos ſolutos in actionibus ciuilibus, etiam perſonalibus merè, vel criminalibus, vbi ciuiliter agitur. Et ratio deciſionis fuit, quia Clericorum exemptio, & hæc libertas illis eſt à Chriſto Ieſu conceſſa, atque ideò Regem in Clericos nullam habere iuriſdictionem poſſe.

Qua habita reſolutione, deinceps Regem, atque eius Miniſtros ſe abſtinuiſſe ab eiuſcemodi cognitione argumento eſt, quod ſcribit Cardinalis *n* Polus, Anglus, quod licet quidam Sacerdos Regnum ipſum contra Henricum vij. eiuſdem Angliæ Regem adeo ſollicitaſſet, vt inde magnum exarſerit bellum, ex eoque multa hominum millia hinc inde ceciderint, rebus tamen plene ſedatis, etſi in læſæ maieſtatis participes, & fautores animaduertiſſet, Sacerdotem tamen tanti mali auctorem iudicibus Eccleſiaſticis puniendum reliquit.

Idem prope in Hiſpania anno 1520. contigiſſe auctor eſt Ludouicus *o* Molina, nam cum quidam contra Carolum V. Imperatorem Hiſpaniarumq. Regem, & eius matrem Ioannam Reginam mirabiliter conſpiraſſent, in eâque coniurationem multi conſenſiſſent Eccleſiaſtici, tanta fuit matris, & filij erga Deum pietas, & tanta erga ordinem ſacrum reuerentia, & deuotio, vt facta in Oppido de Bormes pragmatica ſanctione, qua iudices ad id ſcelus vindicandum contra ſeditioſos, & rebelles conſtituti procederent, perſonas vero Eccleſiaſticas ad Summum Pontificem, vel Epiſcopos, quibus erant ſubiectæ, remitti iuſſerunt.

Quibus addi poteſt, quod refert Polidorus Virgilius de Odoardo etiam Angliæ Rege, qui cum male cum Clericis Regni ſe haberet, atque paternis Bonifacij viij. atque etiam Lugdunenſi Concilij monitis, & hortationibus non acquieſceret, adeo ſubditi laici in tantam iti ſunt indignationem, vt totum breui temporis ſpatio Regnum contra Regem concitaſſent, neque ab inceptis deſtiterunt, donec idem Odoardus populis conceſſerit, vt abſque Comitiorum licentia nullum deinceps illis imponeretur tributum, ſic cum vellet auferre, aut aliqua ſaltem in parte libertatem diminuere Eccleſiaſticam, amiſit propriam, quam in temporalibus à maioribus ſuis acceptam

ceptam habebat. Quod à Dominis Venetis, viris alioquin prudentiſſimis animaduerti ſummopere cuperem.

Neque deſunt recentiora exempla, quæ imitari ab ipſis iure merito poſſent, nam inclyta etiam, & Sereniſſima Ianuenſis Reſpublica, eiuſq. Senatus ampliſſimus, vix ab Illuſtriſſimo Dominico Cardinali Pinello, eiuſdem ciuitatis viro patricio, in Curiaq. Rom. Protectore, atque optimo Sacri Purpuratorum Collegij Decano, intellexerant, Paulum V. Pontificem Maximum ægre ferre apud illos aliqua exſtare Decreta libertati, immunitatiq. Eccleſiaſticę aduerſantia, indicto, vt moris eſt, conſilio, cui interfuerunt ad minus 300. vno animi conſenſu illa irrita, ac nulla fore, & eſſe decreuerunt. Qua re vere Catholicæ Eccleſiæ Alumni, vere obedientiæ filij, & viri pietate inſignes habiti, & dicti ſunt, quo præclaro elogio in perpetuum cohoneſtabuntur.

Immo illud vnum, quod iam pluribus ab hinc annis retuli *p* ex Barſamone in Nomocanone Phocij, de Baſilio Imperatore Nicephori Phocæ ſucceſſore, qui cõtra eiuſdem Nicephori ſanctionem ſanciuit *q* in hæc met verba. Diuinitus cõſtituta maieſtas noſtra, cum, & à Monachis, quorum teſtata pietas, atque virtus eſt, & ab alijs multis cognouerit legem a Domino Nicephoro, qui ad Imperium peruenit, de Eccleſijs Dei, religioſiſq. domibus latam cum præſentium malorum, tum vniuerſalis huius euerſionis, atq. confuſionis cauſam, & radicem extitiſſe, veluti non ad iniuriam, contumeliamq. dumtaxat Eccleſiarum, & religioſarum domuum, ſed ipſius quoque Dei conditam, adeoque re ipſa de hoc facta ſit certior (nam ex quo lex illa robur habuit, nihil boni penitus in hodiernum vſque diem vitæ noſtræ contigit, ſed potius contrario nullum omnino genus calamitatis intermiſit) ſtatuit per auream hanc bullam, cui ſubſcripſit, indicatam ab hoc præſenti die ceſſare debere, ac deinceps irritam, nulliuſq. momenti manere, conditis ante illam legibus, tam de Eccleſijs, quam religioſis domibus, vim, roburq. ſuum obtinentibus. Hactenus Baſilius.

p in lib. 5. c. 17. n. 57. de ſacr. immunit.

q in Nouell. 20

Qui ergo Chriſtiani Principes deſiderant exterorum iniurias, inimicitias, ſuorum odia, machinationes, barbarorum excurſiones, hæreticorum peruerſa dogmata,

incen-

incendia, bella, famem, peſtilantiam, & id genus effuge re calamitates, imitentur Baſilium, nihilq. contra libertatem Eccleſiæ conſtituant; ſed ſi qua ſunt conſtituta, abrogent omnino, nouis etiam, & perpetuis immunitatum beneficiis Eccleſiam, perſonaſq. eccleſiaſticas muniendo, vt tremendam Dei iram euadere queant.

Ad id vero, quod præter Peregrinũ adducit *r* Scaynus, præfatam immemorabilem conſuetudinem præſumi canonicum habuiſſe principium; cũ non ſit veriſimile eandem conſuetudinem tanto tempore obſeruatam, & per tam varios, & frequentes actus continuatam non proceſſiſſe ex ſcientia, & tollerantia ipſius ſummi Pontificis, mediante ſaltim ſcientia Reuerendiſſimorum pro tempore Nuntiorum Apoſtolicæ ſedis, tum id ſufficere, vt dicatur inducta, ſciente ſupremo Principe, quanquam non probet inſpecie Principem id ſciuiſſe, ex traditis per Bartolum *s*, Abbatem *t*, Alexandrum *u*, Aretinum *x*, Iacobum de ſancto *y* Georgio, Balbum *a*, & Crauettam *b*, cum pręcipuũ Nuntiorum munus ſit inuigilare, ne quidquam attentetur in præiudicium auctoritatis Apoſtolicæ, & contra libertatem eccleſiaſticam.

r in d. ſuo reſpon ad 3. Decretum, verſ. 3. & ult.

s ad l. 1. §. deniq. ff. de aqua plu. ar cen. t ad c. cum contingat, col. 4. de for comp. ad c. qua in eccl. de cõſtit. u conſ. 6. n. 3 lib. 1. & conſ. 24. lib. 5. x in conſ. 154. y in ſua ſumma ſeud. in uer. cum mero, & mixto imperio. a in tract. de praeſcr. p. 2. 5. q. princ. q. 4. b de antiq. tēp. p. 4. incip. abſolut. q. 7. n. 123. cum ſeq. c ſup. uer. quoad primum.

Reſpondetur primo falſum eſſe, quod tam varii, & frequentes fuerint actus, & per tantum temporis factitati, vt videatur eſſe introducta immemorabilis, tum per ea quæ ſæpius fuerunt adducta, nullam dari poſſe præſcriptionem, & quatenus daretur, quod expreſſe negatur, non eſſet præſcripta, ex eo quod *c* diximus ex conuentione cum Iulio ij. inita. & ex Tiberio Deciano, cuius forſan idem Scaynus fuit auditor.

Secundo dicitur id nunquam fuiſſe attentatum à Principe, aut ab eius magiſtratibus, quin etiam ſtatim fuerint admoniti, obiurgati, cum eiſq. non modo minis, & verborum terrore, ſed etiam fulminandis in eos cenſurarũ ſententiis, niſi abſtinuiſſent, actum, vtputa à Greg. xij. Eugenio iiij. Nicolao v. Paulo ij. Sixto iiij. Innoc. viij. Iulio ij. Leone X. Clemente vii. Paulo iii. Gregorio xiij. & aliis pro tempore exiſtentibus, quorum litteræ in forma Breuis, & alia ſimilia ſcripta conſeruantur in libris Apoſtolicæ ſedis.

Nã quid eiuſdem Gregorii xii. tempore contigerit, videri

deri poſſunt, quæ ſupra adnotauimus *d*. Eugenius vero iiij. etiam patritius Venetus Franciſco Foſcaro Duci in hæcmet verba ſcribit. In vna re maxima deficit ciuitas tua contra honorem Dei, & ſalutem animarum, videlicet in conſeruanda eccleſiaſtica libertate, quod nihil, ſubiungit, in tam libera, & catholica ciuitate dici poteſt abſurdius. Pius quoq; ij. eius Nuntio Venetiis commoranti committit, vt cum Duce Paſcali Maripetro grauiter conqueratur; quod aliqua Decreta contra libertatem eccleſiaſticam ediderat; curetque, vt illa reuocet, illico Paſchalis paruit, Decreta annullauit. Pius Duci benedixit, eius obedientiam, & erga Deum pietatem mirifice commendauit. Et quod plus eſt, Clemens VII. dum in arce S. Angeli, ſeu Mole Adriani clauderetur, & obſeſſus detineretur, multorumque, & præcipue Venetorum, auxilio opus haberet, Andreę Gritto eiuſdẽ Venetæ Reipublicæ Principi in hunc ſane modum litteras dedit. Vt ni reuocaret, quod contra Epiſcopum Teruiſinum in Senatu eſſet factitatum, eum, Senatumq. anathematis mucrone feritos eſſe declararet. Quæ omnia hodie ſunt impreſſa, & circunferuntur. Quæ & alia id genus plura ſi intelligere voluiſſet Scaynus, non vtique affirmaſſet Apoſtolicæ Sedis Nuntios numquam reclamaſſe: cum ſemper reclamauerint, grauiterq. conqueſti ſint.

d ſup. hoc c. verſ. quoad primum.

Quare ſe tueri, aut excuſari ea nequeũt, quod ſciẽte, & patiente Pontifice in illa quaſi pacifica poſſeſſione continuauerint: quæ idem Princeps, & Senatus iuriſiurandi religione per ſuos legitimos procuratores Iulio II. promiſerunt, vt oſtenſum fuit ſupra.

CAP. X.

EX quibus omnibus liquido conſtat ſanctiſſimo Domino Noſtro Paulo V. neceſſe quidem fuiſſe ſpiritualia arma capere, illiſq. contra Sereniſſimum Principem, & inclytæ Reipublicæ Venetæ Senatum cauſas Clericorum, eorumq. exemptionem, & libertatem Eccleſiæ tueri, atq. defendere.

Neq. dubitationem facit, quod nobis obiicit *a* Peregrinus; quod præſuppoſito eundem Principem habere facultatem cognoſcendi de illis criminibus, & ex iis puniendi facinoroſos Clericos ex conceſſione Pontificia, allegando

a in d. ſuo reſpon. ad 3. Decretum, verſ. ſed tamẽ ijs. f. 22.

do equidem Principem cecidiſſe ratione abuſus, ſuper eo erat cognitio neceſſaria; cum non ſufficiat dicere, niſi probetur *b*. Ex quo inferre prætendit excommunicationem, & interdictum eſſe nullum, nullumque produci effectum, atq. ideo impune non obſeruatum iri. Quia negamus primum, Principem illam, quam arbitratur peregrinus vel ex ſui natura, vel ex præſcriptione, vel ex Apoſtolico priuilegio, habere facultatem. Fuit etenim ſępius dictum, ac repetitum non ſemel, Principi Veneto ſicut aliis quoq. principibus, etiã Cæſaribus, huiuſmodi auctoritatem, vllo vnquam titulo poſſe competere, vna excepta priuilegii cauſa. Quo caſu ne tantillum quidem ab eo eſt recedendum, cum ſit odioſum, a iure communi penitus exorbitans, & contra expreſſam Clericorum exemptionem, & Eccleſiæ libertatem.

Et licet illud, aut illa indulta ab hac ſancta Sede principi Veneto conceſſa eſſent ampliſſima; ita vt his omnes, quibus de agitur caſus comprehenderentur; & ratione abuſus, vn idem teſtatur peregrinus, cecidiſſet princeps; ad huc tamen dicimus neceſſariam non eſſe iudiciariam cognitionem, cum tanta ſit auctoritas eius, qui a Deo optimo maximo ob ſingularem induſtriam, explorata eius fide, & grauitate, ad tanti pontificatus magnitudinem adhibetur, vt non aliter iudicaturus, aut facturus pro ſapientia, & luce ſupremæ ſuæ dignitatis, quam foret Deus ipſe iudicaturus, & facturus. Vnde Symmachus papa: Quis enim, inquit *c*, ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiant, quæ a loci deceſſore præſtantur. ſufficit igitur pontifici maximo dicere, etiam ſi non probetur.

Nam ſi vera eſt, prout eſt, illa apud noſtros concluſio, vt Cardinalium ſoli *d* verbo credatur, maxime in iis, quæ eorum *e* officium concernunt, nec ob aliam cauſam, niſi quia non eſt veriſimile tanta dignitate prędițos, tantiq. officii decore fulgentes viros (qui cum præcipuo delectu in ſacrum illum ordinem matura adhibita conſideratione cooptantur) mentiri debere. Quanto magis credendum eſt ipſi Pontifici maximo, Chriſti Vicario, & vniuerſalis Eccleſiæ Principi? argumento, eſt quod Innocen-

b gloſſ. ad rubr ff. ſi quod paup feciſ. dec.

c in can. 1 in fin. diſt. 40.

d Innoc. ad c. cum olim, 2. de priu. ad c. eũ a nov. de teſtib. ad c ſup. his de fid. inſtr. Barb. in tra. de legat. de lat. q. 2. in fi. Mãfred. in dec. 152.

e Ioan. Andr. ad c. 1. de off. leg. lib. 6 & ad c. conſt. ubi & Hoſt. de appel. Car. Alex. ad can nobiliſs. 97. diſt. Alex. conſ. 92. lib. lib. 6. Bal. & Salic. ad Lutr. tur. C. de teſt. Iaſ. conſ. 104. & aly cit ad d c. ſuper his.

nocentius *f* iij Conſulibus, & populo Beneuen. reſcripſit. Etenim cum Romanus Pontifex *g* legibus ſit ſolutus, licet plerumq. ordinem iudiciarium *h* ſequatur, poteſt tamen ſine eiuſdem iudicij inualiditate nullo iuris ordine *i* ſeruato procedere. Qua haud obſtante maxima auctoritate, Beatiſſimus Papa Paulus V. in Venetiarum negotio, quaſi alius quiuis inferior iudex omnem neceſſariam adhibuit cognitionem, ita, vt iuſte, & legitime excommunicationis, & interdicti ſententia dicatur lata.

Et præter hæc, Peregrinus ſcire deberet, nos non verſari in vero, & formato iudicio. Neque enim Sanctiſſimus Dominus noſter hic proceſſit, vt iudex, neque ordine iudiciario, neque Princeps, & Senatus Venetus comparuerunt, vt aſſolent litigantes, ſed Pontifex in re hac ſe geſſit, vt ſupremus Princeps, & vnicus libertatis Eccleſiaſticæ acerrimus defenſor, adeo, vt non opus ſit vlla citatione, monitione, alioue iudiciali termino, quo caſu non ſolum ipſe Romanus Pontifex, verum etiam quilibet Prælatus, omiſſa canonica monitione poteſt ad fulminationem excommunicationis deuenire, prout fuit in Lugdunenſi *j* Concilio decretum, & à noſtris declaratum, præſertim à Ioanne *k* Andreæ, Dominico *l*, Franco *m*, Lupo *n*, Felino *o*, Decio *p*, atque ab Antonio *q* de Butrio.

Et tanto magis, quoniam idem Summus Pontifex in vno, ex ſuis Diplomatibus, ſeu Breuibus illos admonuit, dicens: Quo caſu abſque alia citatione procedemus.

Præterea ſumus in notorio crimine, & permanente, in quo non eſt neceſſaria *r*. vlla monitio, vt tenuere Abbas *ſ*, Antonius de *t* Butrio, & poſt Innocentium, & Hoſtienſem *u* Felinus. Et quamuis aliqui ſint, qui putent etiam ſi crimen ſit manifeſtum, vt tamen appareat delinquentem eſſe contumacem ſemper requiri monitionem, nemo tamen diſſentit, quin poſſit nulla præuia in ius vocatione ille, qui prius, & ſæpe fuit admonitus, vt à crimine ſe abſtineret, ſeu pœnitentiam de perpetrato ageret, abſque vlla monitione excommunicari, aut declarari iuſtiſſime: exemplo eius, quod Apoſtolus Corinthium illum abſentem *x*, & irrequiſitum excommunicauit, & ſic contumacem notorium abſque

f in cap. cum à nobis ubi g.*oſſ* & alij oes de teſtib. *g* l. Princeps. ff. de leg. can ideo 25. q. 1. *h* cap. in cauſis ubi Io. Andr. de reund. c. accuſatum de Simo. *i* c. propoſuit de conceſſ. præbend. Abbas ad d. c. accuſat. n. 2.

j in c. dilect. in fi. de ſent. excomm. lib 6. *k l m* ibid. *n* in allegat. 73. *o* ad cap. ſacro 2. nu. 6. de ſent. excom *p* ad c. reprehenſibilis, nu. 11. de appell. *q* ad c Venerabili n. 20. verſ. ſecus ſi aperte de cenſib. *r* can. maniſ. 2. qu. 1. c. euidentia de accuſat. *ſ* ad c. 1. de iud. & ad c. noſtra n. 39 de cohab. cler. & mulier *u* ad c. ſacro nu. 3.

x 1. ad Corinth. 5. de quo in cap. cum ſit Roma. §. vlt. ubi gloſſ. & alij de appel.

vlla citatione, aut monitione ferri poteſt excommunicatio, vt ex conſtitutione Innocentij *a* iij. & Concilij *b* Africani poſt gloſſam *c* notant Abbas *d*, Decius *e*, Ripa *f*, Couarruuias, etiam Summiſtæ, vti Syluester *h*, & Nauarrus *i*. Siquidem princeps, & Senatus Veneti ſæpius fuerunt moniti per ipſoſmet, id agente pontifice, Oratores, qui apud hanc reſident Sedem, & per alios, qui extra ordinem, etiam ob hanc vnam potiſſimum cauſam aduenere, item per Sanctitatis ſuæ Nuntium Venetijs commorantem, & per ſpecialia diplomata, aut Breuia a Sanctitate ſua principi, & Senatui ſcripta, vt Decreta, ſeu conſtitutiones illas reuocarent, carceratos Canonicum, & Abbatem in libertatem, aut in Carceres Eccleſiaſticorum reponerent, idque cum facere neglexiſſent, tum merito alia non præuia monitione excommunicationis gladio a communione fidelium fuerunt abſciſſi.

a de aua in c. illud de cler. exc. miniſtr. b de quo in c. 1. de iud. c d e f ibid. n. 41. g ad c. alma mater par. 1. ſ. 9. n. 6. verſ. non obſtat. de ſent. excomm. lib. 6. h verb. excom. 4. n. 12. & 13. i in manual. c. 27. nu. 10.

At ne vlla vti poſſent contumaces tergiuerſatione, & inualiditatis, aut iniuſtitiæ allegatione, quod non fuerint moniti, atque opus eſſet trina monitione ad infligendam execrationis, aut interdicti cenſuram, vt eſt in iure *j* vulgatum, & a noſtris iuris pontificij interpretibus communiter receptum, vnica in tres diſtincta terminos, aut tria dierum interualla, quæ perinde eſt ſufficiens, atque ſi facta eſſet trina monitio, vt in Concilio Lugdunenſi *k* alias fuit conſtitutum, vſus eſt pontifex.

Quod ſi princeps, & Senatus Veneti inter illud temporis ſpatium 24. ſcilicet dierum in tres diſtinctorum terminos, Pontifici Maximo, vt par erat, obtemperaſſent, locum vtique noua *l* excommunicatio non habuiſſet, elapſo autem tempore in monitorio præfixo, abſque vlla iuris ſolemnitate contumacem afficit excommunicatio, prout ſacris *m* canonibus cauetur, & frequentiori *n* Doctorum conſenſu approbatur.

Et ratio eſt pene elegans, quia tempus interpellat *o* pro homine, vt ſcribit Innocentius, & poſt cum Lapus, *q* Ioannes *r* Andreæ, & Decius *ſ*: quemadmodum de contrahenda mora ſæpe reſponſitarunt iuris ciuilis auctores, quæ licet *t* regulariter non committatur, niſi facta interpellatione, quando tamen adiecta eſt dies, ea adue-

j d. c. ſacro. & c. contingit 2. de ſent. excom. cap. conſuluit de offic. deleg. c. inter quatuor de maior. & obed. c. conſtitut. de ſent. excomm. lib. 6. can. de illicita 24. q. 3. K in d. c. conſt. ubi notant omnes. l Lapus ind. allegat 73. m in c. preter. 2. de appell. ubi not. omnes. n Lap. iud. alleg. 73. o cap. poſuit de locat. p ad d. c. ſacro in princ. de ſent. excomm. q. in d. alleg. 73. r ad c. P. & G. de offic. deleg. ſ ad d. cap. præterea, num. 3. t l. mora. ff. de vſur.

aduenientе, nulla præuia interpellatione *u* mora dicitur contracta.

Ex quibus deducitur nos verſari eo in caſu, in quo procedit *x* Catholica interpretum opinio, vt quando pro futuris culpis fertur, & promulgatur excommunicatio, quam non modo a lege, ſeu canone, ſed etiam ab homine ferri poſſe iam vſu, & praxi forenſi introductum eſt, ipſo adſtipulante Couarruuias *y*, nulla opus eſt ſolemnitate, ſiue citationis, ſiue monitionis, ſecus vero pro præteritis. Et ratio diuerſitatis eſt ſatis euidens, quoniam pro præteritis culpis neceſſario requiritur admonitio, quæ fieri aut citatione, aut monitione debet, vt delinquens poſſit, ſi voluerit ſe corrigere, ſed pro futuris non æque, quia dies addiecta, ſeu conditio appoſita admonet, vt poſt Hoſtienſem, Innocentium, Imolam, Lapum, Felinum, & alios ſcribit *a* Nauarrus.

Quamuis enim tractus temporis ad officium iudicis minime pertineat, in odium tamen præteritæ contumaciæ, hoc eſt contra Eccleſiaſticam libertatem ſtatuentium tractus futuri temporis ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat, prout iure *c* expreſſum eſt, & a noſtris traditũ, ac præſertim ab Antonio *d* de Butrio, a quo diſſentit nemo.

Hinc videmus aperte Summum Pontificem rite recteque proceſſiſſe, nam cum indubitati iuris ſit, ſtatuentes contra libertatem Eccleſiæ eſſe iure *e* ipſo excommunicatos, vt ſæpe fuit *f* oſtenſum, tum voluit Principem, & recentiores Senatores admonitos iri, ne eis fas eſſet dicere alterius, aut aliorum ſuorum prædeceſſorum talia Decreta conficientium culpa, Cenſurarum vinculis obſtrictos, cum niſi poſt approbationem, ſeu eorundem Decretorum ſcientiam, ex qua propria conficitur culpa, non videntur poſſe gladio plecti excommunicationis. Voluit, inquam, illis competentem dare terminum, ex quo vtique poſſent a culpa excuſari, ſi parerent, eiuſmodi decreta reuocando, carceratos a ſuis proprijs carceribus emittendo, vel penitus liberando.

Idcirco videre neſcio, quæ cognitio fuerit neceſſaria, quæ non fuerit adhibita, vt iuſte, ac legitime promulgata dicatur excommunicationis ſententia. Namque Princeps, & Senatus nunquam inficiati ſunt

u l. ſed & ſi reipub. §. vlt. ff. eod. l. ſi fundum 114. ff. de verb. oblig. l. magnam, C. de contrahe. & commit. ſtipul. l. 2. C. de iur. emphyt.

x ad d. c. ſacro. & ad cap. à nobis 1. eod de ſent. excomm.

y in d. part. 1. §. 10. n. 1. in fin.

a ad c. cura contingat cauſa nullus 5. n. 4. & 5. de reſcript. *b* in l. x2 quemadmodum, & ibi gloſſ in verb. non poſſe. ff. de iudic. & l. 1. vbi etiam gloſſ in verb. tractus. ff. de vſur. *c* in cap. auditis, de proc. in c. grauem, vbi oẽs ſcribentes, & in cap. Romana. §. caueant. eod de ſent. excom. lib. 5.

d ad d. cap. grauem, n. 17.

e in c. non. de ſenten. excom. cum alijs ſimilib.

f ſupra in cap. 5. 6. 7. & 8.

prædicta Decreta extare, ſed ſemper adeſſe non modo, verum etiam ipſos eſſe in quaſi poſſeſſione illa, & ſimilia faciendi conſtanter aſſeuerarunt. Quæ cum penitus Eccleſiaſticæ libertati aduerſarentur, vt illa reuocarent, de medioque tollerent, ſæpe, ac ſæpius a Beatiſſimo Papa Paulo V. quadam pluſquam charitate paterna admoniti eſſent, tum mediantibus, vt dixi, proprijs Oratoribus; tum agente id Venetijs Apoſtolico Nuntio, & verbis, & diplomatibus, quibus cum acquieſcere, & reſcipiſci minus vellent, tum præmiſſis omnibus prænarratis neceſſe fuit ad ſpiritualia arma recurrere, & gladio Eccleſiaſtico Eccleſiaſtica iura, tueri, atque defendere.

Illo ſiquidem, qui a vero, & iuſtiſſimo legislatore Chriſto eſt conſtitutus ordo, erga Venetos non contra, (cum excommunicatio dicatur *g* medicinalis) vſus eſt Summus Pontifex. Nam apud *h* Matthæum, ſi peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit: Lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audiuerit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audiuerit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus.

g in c. 1. de ſent. excom. lib. 6. Co- *nerr. ad c. alma matr. ab initio ead. h cap. 18.*

Admonuit, ſuauiterque corripuit Principem, & Senatum, qui cum non audirent, adhibuit non vnum, aut duos, ſed plures quoque maxime auctoritatis viros, qui etiam pari cum ſuauitate illos adhortati ſunt, vt Chriſti Vicario parerent, & cum neque iſtos audiſſent, dixit Eccleſiæ, hoc eſt ſacroſancto Cardinalium Senatui, eiuſque votum, vt quid hac in re ſibi agendum foret, requiſiuit, Qui omnes, etiam Veneti, vno animi conſenſu reſponderunt, vt præuia illa in tres diſtincta terminos monitione, niſi obtemperarent, excommunicationis mucrone illos feriret.

Multa alia ab alijs conditionem Venetam facere meliorem cupientibus aduerſus huiuſmodi Cenſuram oppoſita fuiſſe intelligo, quæ cum ab aliis quoque ex noſtris, viris me longe doctioribus, præſtantioribus, & accuratioribus diſcuſſa ſint, tum lectorem ad illos relego.

Mihi

Mihi etenim ſatis eſt Peregrino,eiuſq. ſocijs,& eorum rationibus,& argumentis, quoad fieri ex mediocri ingenioli mei tenuitate potuit, reſpondiſſe. Hanc equidem prouinciam ſatis arduam, & humeris meis valde imparem iam ab initio planè ſenſeram. neque eam, niſi iuſſus ſuſcepiſſem. Suſcepi ergo, vt mandatis primum obtemperarem, mox vt quaſi rauco tenuis tubæ meæ ſono aut claſſico ſtrenui, & veterani excitarentur homines, qui rem tantam maioribus viribus aggredi, tuerique poſſent.

Verum, poſteaquam manum huic negotio vltimam apponere in animo eſt, ſummopere rogatos cupio eoſdem Sereniſsimum inclytæ Venetæ Reipublicæ Principem, & Senatum, vt velint animaduertere, quid Chriſtus Dominus apud eundem *i* Matthæum adiecerit ſtatim, Amen dico vobis,quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: vbi gloſſa eleganter ſubdit, ligaueritis vinculo anathematis. Vbi etiam S. Chryſoſtomus ſcribit, vide qualiter duplicibus colligauerit neceſſitatibus, & pœna, quæ hic eſt, ſcilicet proiectione ab Eccleſia, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus, & ſupplicio futuro, quod eſt eſſe ligatum in cælo. Et B. *k* Hieronymus: Quorum retinueritis peccata, retenta erunt, id eſt,quibus interdixeritis,Eccleſiã,niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint,& ipſis ianua Regni cæleſtis clauſa erit. Quibus accedit Apoſtolus *l* ad Theſſalonicenſes ſcribens, Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini cum illo, vt confundatur. Huc reſpiciunt illa S. Auguſtini de verbis *m* Apoſtoli, Omnis Chriſtianus, qui a Sacerdote excommunicatur, Sathanæ traditur, quomodo? ſcilicet quia extra Eccleſiam diabolus eſt, ſicut in Eccleſia Chriſtus: Et idem Chryſoſtomus in Epiſtola *n* ad Hebræos notauit inquiens, Nemo contemnat Eccleſiaſtica vincula, non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc poteſtatem nobis dedit, & Dominos fecit homines tanti honoris. Hæc dicere volui, quæ vehementer opto, vt eo, quo ſcripta ſunt,animo accipiantur: nam ſi eodem fuerint ſenſu accepta, minus dubito, quin

i d. cap. 18.

k ad d. c. 18. ſiue in epiſt. 1. Euti chus, quam refert Iuo. part. 14. can. 53.

l 1. ad Theſſal. 3.

m ſerm. 68. de quo in can. omnis 32. 11. q. 3.

n ad cap. 2. hom. 4. de quo in can. nemo 31. cad. 11. q. 3.

quin aliquid cauſæ, qua de agitur, vtilitatis & fructus afferant. Quod faxit Deus Omnipotens, cui honor, & gloria, vna cum eius vnigenito Filio Chriſto, & viuificante Spiritu Sancto, qui ab vtroque procedit, in ſempiterna ſecula. Amen.

FINIS.

99 953175